

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

August Varenius


**Theologiae Controversae Illustrissimorum dogmatum controversorum Formativâ  
Status, XI. Disputationibus in inclutae ad Varnum Academiae Auditorio Majori,  
publicè, praevio Consensu & Approbatione ... ante decennium propositae  
Indiculus**

Rostochii: Richelius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730153827>

Druck    Freier  Zugang





F.g - 1068.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730153827/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730153827/phys_0004)

**DFG**

# THEOLOGIÆ CONTROVERSÆ

Illustrissimorum dogmatum con-  
troversorum Formativâ Status, XI. Dispu-  
tationibus in inclutæ ad Varnum Academiæ Au-  
ditorio Majori, publicè, prævio Consensu & Approba-  
tione Ampl. Facult. Theolog. ad piam

לעג'תון ante decennium

propositæ

## INDICULUS,

PRÆSIDE & AUTORE

AUGUSTO VARENIO,  
SS. Theol. & Phil. D. & Christianæ

Catechesæ Professore Ducali  
Mekleburgico,

סוף רבר הכל נשמע

את האלים ירי

ואת משפטיו שמר

כ יזה כל הארץ



ROSTOCHII

Prostat apud JOHANNEM RICHELUM,  
Senat. Typogr. Anno cccc LX.

Fg-1068.

SOL I DEO  
UNI ET TRINO.  
P P P  
DOMINO  
ZBAOTH,

**Cui** רמייה תהלה

Hæc consecrata sunt



**A N N O**

**כִּי** יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה עֶזֶר תָּרוֹן:

A decorative horizontal border at the bottom of the page, consisting of a repeating pattern of stylized, symmetrical motifs that look like stylized flowers or leaves.

**רבים מבקשים לפני מושל ומיהורן משפט איש**

# SYLLABUS

*Clarissimorum & Eximiorum Dominorum*

## RESPONDENTIUM,

*Eo ordine & titulo, quo, sine venerabilium quibus  
nunc fulgent, dignationum præjudicio, tunc in Cathedra  
sisterunt, posteriorum.*

1. M. MICHAEL WATSONIUS, Pomeranus,  
d. 5. Octobr. A. 1650.
2. M. JOHANNES CORFINIUS, Rostochiensis,  
d. 9. Octobr. A. 1650.
3. THEODORUS JORDAN, Lunæburg.  
d. 30. Octobr.
4. M. DIONTSIUS STROPIUS, Lübecens.  
d. 16. Novembr.
5. CHRISTIANUS JOHANNES GRÜ  
WEMANN/  
Lüna - Lünæburg d. 23. Nov.
6. M. THEOPHILUS GRÖGEBAWR/  
Ilmå - Thüringus, ad d. 4. Jan. A. 1651.
7. GREGORIUS MICHAEL, Rostochiensis,  
d. 1. Febr. A. 1651.
8. PETRUS WÖLKEJCH/ Dithmarsius,  
ad d. 8. Febr.
9. HENRICUS FRISIUS, Rostochiensis,  
d. 16. Febr.
10. HENRICUS MÜLLEK/ Rostochiensis,  
d. 22. Febr.
11. M. SEVERINUS LAGONIS VELLEJUS,  
Ripens. Danus, A. 1654.

Consilium

# Consilium Serenissimorum & Illustrium Subscriptorum Formulæ Concord.

**P**rimam illam Augustanam Confessionem, D E O  
nos benè juvante, ad usque ultimos Spiritus, piè ex  
hac vitâ ad cœlestem patriam migraturi tenebimus, ex  
celso & intrepido animo puraque conscientia comparituri  
coram tribunali Domini nostri I. Christi. Cœmq[ue] de  
Confessione nostrâ certi simus, librum CONCORDIÆ  
in lucem edendum putavimus: videbatur enim id  
apprimè esse necessarium. ut inter tot nostris temporibus  
exortos errores & offendicula, pia explicatio & conciliatio  
omnium harum controversiarum ē verbo D E I  
extaret: præterea eares ad hoc etiam confert, ut tur-  
bulentis contentiosisq[ue] hominibus, qui ad nullam for-  
mulam purioris doctrinae adstringi se patiuntur, libe-  
rum non sit, pro sua libidine controversias cum offen-  
diculo conjunctas movere, & prodigiosas opiniones  
proponere & propugnare. Ex his enim hoc tandem  
consequitur, ut purior doctrina obscuretur & amitta-  
tur: ad posteritatem autem nihil, quam opini-  
ones & Proximæ Academicæ trans-  
mittantur.



DE SS.



## DE SS. SCRIPTURA.

S. I.

**H**eologia est habitus mentis practicus, quo è Scripturâ Prophe-  
ticâ & Apostolicâ, velut non saltem  
laetis: sed & cibi solidioris doctrina & omo-  
nium probâ, certa ac stabili regulâ fidei, ac  
Verbo vitæ æternæ, doctrina fidei  
anæ. Cisegy explicatur, probatur, &  
contra adversarios defenditur, ut ho-  
mo στολῶς cognoscat credenda ac  
facienda, & per vivam fidem in Jesum Christum ad æternam be-  
atitudinem perducatur Hebr. 5, 14. [Joh. 6, 68. c. 20, 31. Luc.  
1, 3. 4. Act. 1, 1. c. 18, 26. Matth. 7, 24. Roman. 15, 4.] 2. Tim.  
3. v. 15. 16. 17.

2. Principium cognoscendi, ex quo eruendæ & per  
quod probandæ omnes conclusiones purè Theologicæ  
(Principium essendi s. Principium Qvod fidei salvificæ, quod  
solus DEUS est revelans, nunc, non nisi per Scripturam, quæ  
adeò sive lecta, sive audita non objectum tantum: sed & ex  
intrinsecâ virtute principium est fidei salvificæ, h. l. supponi-  
tur) & adeò complexum, est: *Quicquid S. Scriptura Canonica  
docet, id Spiritu S. revelante scriptum & infallibiliter verum est.* Huic  
principio fide divina omnis credens assentitur, motus, non  
rei revelatae cum intellectu aut sensu humano conformitate,  
non, sive Ecclesiæ Romanæ, sive antiquorum Eccles. Docto-

rum

A

rum

rum vel Patrum, vel cuiuscunq; etiam causæ ministerialis veracitate: non ex suppositâ religionis Christianæ veritate: sed vivâ, internâ & majestaticâ Scripturarum efficacitatem, qvæ ratio ultima est, sub qvâ & propter qvam creditur huic Verbo & sensui inde concepto, testificante ipsâ Scripturâ tūm de suâ ~~eternitatis~~, tūm de vero sensu apprehenso. Atque adeò in descensu ad dogmata hie subsumit & omnia credit immediate. Errant ergò Pontificii dum putidum substituunt principium: *Quicquid docet Pontifex Romanus.* (Inerrabilitas n. Ecclesiæ Romanæ à Pontificiis fundatur in inseparabilitate Romæ & Cathedræ Petri, unde à qvibusdam conditionata vel hypothetica illius inerrabilitas asseritur, qvæ de cœtero in unum Pontificem resolvitur) *id infallibilitè verum est.* Innititur enim innumeris falsis hypothesis & evidentem committit circulum. Errant 2. Photiniani, dum hoc principium ponunt: *Quicquid S. literæ & sana ratio (Photinianam intellige) docet, id infallibilitè verum est,* & dum ex veritate religionis Christianæ & hâc malè probatâ concludunt ad veritatem Scripturæ. Vid. Catech. Racov. & Volkel. passim Ostro-rod. Instit. p. 30. [1. Thess. 2, 13. Matt. 11, 25. 27. c. 16, 17. 2. Pet. 1. v. 18. 19. Gal. 1, 8. Luc. 16, 29. Matt. 4, 4. 7. 10. 1. Cor. 15, 3. 4. Joh. 3, 33. c. 19, 35. c. 21, 24. 1. Cor. 2, 13. 14. 15. Ephes. 1, 13. 17.]

3. Solus Spiritus S. per Scripturam velut *λόγος κείμενος*, & *βελτίων*, ac unicam & perfectissimam nostræ fidei regulam, & dogmatum dijudicandorum, normam, loquens, non Papa, sive cum, sive absq; concilio *summus est & infallibilis* *Scripturarum interpres & omnium controversiarum religionis Iudex*, qui uterque non requiritur visibilis: sed intelligibilis, & sub quo judicium Ministeriale, humanum, sive privatum sive publicum non excluditur: sed subordinatur. Errant ergò Pontificii, dum visibilem, absolutum & infallibilem judicem omnium

mar

A

omnium controversiarum, qvæ sunt de religione & moribus, constituant in Ecclesia, eundemq; esse Romanum Pontificem, in qvo omnes *Catholicos* convenire ait Bell. I. 3. de V. DEI c. 3. idem lib. 4. de Pont. R. c. 1. Gretf. tom. 2. def. Bell. I. 4. c. 2. Vid. Act. Coll. Ratisbon. p. 23. ubi Gretserus publico nomine: *Judex generalis, legitimus, ordinarius, omnium controversiarum, quæcumque oriri possunt in negotio religionis est Pontifex Rom. sive SOLUS aliquid definiet, sive cum CONCILIO generali.* Ille *Judex* semper est infallibilis, quando *EX CATHEDRA* definit *UT PONTIFEX* nulli errori obnoxius: *E speramus hoc ipso die & horâ hoc munere fungi sanctissimum Dn. nostrum Clementem VIII. Pont. Max.* cuius argumentum illi quidem ferreum & adamantineum: sed reverâ stolidum, gladiatorium & blasphemum vid. p. 208. 210. Imò probabile est, ait Bell. I. 4. d. R. P. c. 6. pieq; credi posse summum Pontificem (in qvo solo par est autoritas intensivè quam in Papâ cum Concilio I. 2. d. Conc. c. 13.) non solum ut *Pontificem errare non posse: sed etiam ut particularem personam, hereticum esse non posse: falsum aliquide contra fidem pertinaciter credendo.* [2. Pet. I. v. 20. 21. I. Cor. 2. v. 13. 14. Joh. 5, 34. 37. 39. Act. 17, 11.]

4. Scriptura S. non est mutila, imperfecta, flexiloqua, uti Jesuitæ blasphemant: Sed tam extensivè libris Canonicis qvi nulli perierunt: quam intensivè dogmatis ad fidem & mores necessariis, omnibus numeris perfecta, solida, sola & unica fidei vitæq; regula. Intolerabilis igitur est error Pontificiorum, qvi, ut traditionum s. Verbi non scripti ad salutem creditu necessarii, atq; adeò pari pietatis affectu & reverentiâ suscipiendo autoritatem, & regulam collateralem defendant, SS. Scripturas insufficientæ & imperfectionis tūm extensivè qvoad defectum Canonicorum, tūm intensivè, qvoad defectum dogmatum credendorum arguunt

& illas normam partialem afferunt. Vid. Syn. Trid. sess. 4.  
 Bell. I. 4. de V. D. c. 3. 4. 5. 6. Vid. Thes. Ratisbon. p. 12. Sa-  
 cra Scriptura est quidem norma infallibilis, verum nec sola nec unica;  
 sed praeter hanc necessariò admitti debent traditio[n]es, & Ecclesiæ definitio[n]es DD. Orthodoxorum Consensus. Qui iidem pro imperfectione  
 dogmaticâ adducunt exempla: 1. Sacramentum famellarum purgan-  
 darum à peccato originis in V. Test. 2. Remedium masculorum ante  
 8. diem mortuorum. 3. Justificationem gentilium in V. Test. 4. Ex-  
 istentiam & discretionem librorum Canoniconum. 5. B. Mariam sem-  
 per Virginem. 6. Pascha celebrandum die Dominico. 7. Pædoba-  
 ptismum: &, esse universalem credendorum & agendorum  
 homini Christiano mensuram, æqvè velut indebitam perfectio-  
 nem se habere dicunt ad Scripturam, ac alæ vel cornua ad homi-  
 nem, qvod monstrum comparationis, per qvod Scriptura re-  
 gula universalis fieret æqvè monstrum ac homo cornutus  
 vel alatus, est Tanneri in Colloq. Ratisbon. Sess. 4. p. 80.  
 Errant quoque qui Consensum Ecclesiæ, qvatenus ille  
 innotescit ex Conciliis & Patribus, commandant velut prin-  
 cipium ad rem, et si secundarium & regulam s. Canonem se-  
 condarium, qvo mediante credantur & probentur alia fidei  
 dogmata & legitimetur interpretativa Biblica, qvæ hypo-  
 thesis hactenus propositionem fidei concludit processu Pa-  
 pistico. Conf. Bell. I. 3. de V. D. c. 10. resp. ad arg. 15. nec sine  
 æqvocatione & ævocatio[n]e, dum sub inerrabili Eccles. Ca-  
 tholicâ in majori, subsumit ad Ecclesiam qvatenus repræsen-  
 tatur Synodicè vel Αδασκαλινῶς in minore. A Consensu  
 antiquitatis dogmatico ad fidem V. C. negativè: non (ex-  
 tensivè) affirmativè: at ab interpretativo consensu exten-  
 sivè, nec illo nec hoc modo V. C. [2. Tim. 3, 16. 17. 18. Luc.  
 16. v. 39. Gal. 1, 8. c. 6, 16. Apoc. 22, 18. 19. Act. 20, 28. 29.]  
 5. Divina Spiritus S. revelatio non continetur nisi in  
 libris

libris Propheticis & Apostolicis, iisq; Canonicis, & tūm qvo-  
ad materiam, tūm formam scriptionis à Spiritu S. profectis,  
qvos tales esse, fide divinā non nisi propter ipsos: fide au-  
tem humanā propter propositionem Ecclesiæ primitivæ te-  
stificantis credimus. Errant e. Pontificii docentes, libros  
qui vulgò apud nos Apocryphi dicuntur, partes esse Scrip-  
turae S. seu verbi DEI scripti. 2. Non aliundē haberi posse  
Scripturam hanc esse Canonicam & divinam qvām ex tradi-  
tione non scriptā Bell. I. 4. de V. D. [2. Tim. 3, 16.]

6. Omnis liber Canonicus V. Test. I. Scriptus est à  
Prophetā, habente Privilegium, in scriptione non errandi.  
II. Fuit in Canone Ecclesiæ Judaicæ, & habet Propositio-  
nem primitivæ Apostolicæ. III. Authenticum habet ser-  
monem Hebræorum. Errant e. Pontificii libros Baruch,  
Judith, Sapientiæ, Tobiæ, Ecclesiastici, Maccabæorum,  
(unā cum Histor. Susan. & Draconis à Daniele imperfecti, hy-  
mno item 3. puerorum, qvas Bell. I. 1. de V. D. c. 9. statuit  
esse *Danielis partes verè Canonicas*) nec Hebræis traditos, nec  
Hebraicè scriptos, nec unqvam in Codice & Canone He-  
bræo positos, nec Christi Apostolorumq; testimoniis com-  
probatos damnabili licentiā Canonizantes, & *non recipientibus*  
*libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Eccles. Pontificiā*  
*leguntur, ac in Vulgatā latinā habentur,* anathema dicentes, in  
Concil. Trid. sess. 4. decr. 1. Bell. I. 1. de V. D. c. 10. & seqq.  
[Luc. 16, 29. c. 24, 44. Rom. 3, 2.]

7. Omnes libri N. Test. ut extant in Biblico Codice,  
continent revelationem divinam, & *quoad se ipsos* semper  
fuerunt, *sacri, divini, Canonicī;* licet, qvatenuis de qvorundam  
& Autore (qvem necessarium haut est Apostolum fu-  
isse, cum & non Apostoli scripserint, & qvidam Apostoli non  
scripserint) & canonicā autoritate (præter Epistolam autem

ad Hebræos dubium utrumqve inseparabile) à Patribus qvibusdam, qvos híc Autores habuit Lutherus, | dubitatum, & adeò qvoad nos s. ipsum semper cognoscibilis: at non æqvè semper cognitum Canonicæ Majestatis exercitum, qvidam dici possint ~~Δληρι~~. Canonici, qvalis præter 2. & 3. Johannis & Apocalypsī ( titulus Presbyteri & Theologi non perimit Apostolum, & licet hoc, non tamen Canonicum ) 2. Petri, unam Judæ, in primis Epistola ad Hebræos, Ep. Jacobi (Alphæi).

8. Scripserunt Prophetæ & post Christi assumptionem Apostoli , ut causæ ministeriales revelationis ex instituto DEI & partim interno : partim externo DEI mandato , & neqve incidenter ratione finis (etsi aliqu. ratione particulris occasionis) sed necessariò ob imbecillitatem intellectus humani : & per immediatam revelationem & inspiracionem DEI: unde etiam habuerunt privilegium non errandi, qvod non saltem fuit in rerum revelatarum perceptio-ne: sed & fideli ordinatāq; per purum sine soloēcismo sermonem relatione , in qvâ *nec doli, nec simulationis, nec oblivionis* s. *απερτησης μνημονις* habuerunt periculum, ut fides nostra illâ revelatione tutò niti possit. Errant e. 1. Pontificii Apostolos ex Domini mandato scripsisse, atqve adeò ad Scripturam Christianos astringendos esse negantes , vid. Bell. 4. de V. D. c. 3. & 4. Eccius Enchir p. 17. Benè Aug. de Cons. Ev. l. i. c. 5. *Quicquid Christus de suis dictis & factis nos legere voluit,* hoc scribendum illis , tanquam suis manibus imperavit. Errant 2. Photiniani errores circa minuta *& αναγνωσιας* sine periculo certitudinis Scripturarum afferentes vid. Enjed. Socin. de autor. S. Script. c. i. Smalc. Catech. Racoviens. Errant 3. Erasmus Salm. Heins. partim *Organii Apostolicae memoriae temperamentum eclipsicum,* partim in N. T. *stylum, puritatis Graecanicae extremè inopem,*  
*Solæci-*

*Solætis morum, & de trivio vocabulorum summè fertilem, partim Di-  
aledum peculiarum (Hellenisticam sc.) excludentem verborum ele-  
ganiam, lingvæ venustatem, & ambigua admittentem, partim cor-  
rupeam imematum N. Test. ordinationem & ἀνθεσία, statuentes.  
Vid. Erasm. in not. Heins. in Arist. Salm. in Ossileg. Hell.  
[Deut. 31, 9. Jer. 36, 2. Pet. 1, 19. & 12. imperatum Johanni in  
Apocalypsi γράψο c. 1, 2. 11. c. 2, 1. 8. 12. &c. (qvod autem de  
uno exprimitur, de cœteris intelligitur) Luc. 1, 2. 3.]*

9. Soli Hebraici, Veteris, soli Græci, N. Test. Codices,  
summâ D E I providentiâ etiamnunc fontes sunt purissimi, ad  
qvos, velut ad originales & authenticas Spiritus S. tabulas,  
ipsorumq; Prophetarum & Apostolorum περιτύπων, omnes  
reliquæ versiones velut exemplum translatum ἔκτυπον, sunt  
examinandæ, &, ubi opus, emendandæ. Et licet generali-  
tè non implicet magis *Verio authentica*, qvàm *transsumptum au-  
thenticum*, ut tamen legitimetur talis Vulgata Latina, prob-  
andum erat: Tridentinos illos homines fuisse Notarios pub-  
licos ab ipso D E O ad id constitutos, & immatriculatos, ut exemplis vel  
copiis (versionibus exemplorum) fidem certam facere possint, &  
qui præviâ certâ cognitione, examine idoneo instituto, & collatione cum  
authentico instrumento vel originali exemplari fecerint, adeò ut vel  
nullus in illâ error admissus interpretis ignorantia vel vitio,  
vel saltem nullus contra fidem & bonos mores, qvam de cœtero nos  
neutro modo authenticam, imò nec illius Autorem Hierony-  
mum sive qvoad totum, s. qvoad partes agnoscimus. Neqve  
Usus, qvidam Patres testes, Hebræa in V. & Græca in N. Testam. nec  
Clericalis ignorantia magis probat Latinam autheticam, qvàm  
loca Jes. 9, 6. Jer. 23, 6. Ps. 22, 17. Ps. 19, 5. Exod. 2, 23. fontes He-  
braos in Instrumento veteri, & i. Cor. 7, 33. c. 15, 47. Rom. 12, 11. item  
def. particulares histor. adulteræ Joh. 8. Marci c. ult. & i. Joh. 5.  
v. 7. clausula δοξολογίας in Oratione Dominicâ Matt. 6, 13. fontes  
Græcos

*Græcos in N. T.* turbidos, & qvia tales, neqvaqvam Avthenticos Conf. Bell. 1. 2. de V. D. c. 2. 7. 8. 9. 10. Portentum e. est & grande Tridentinorum paradoxum, Vulgatam, errantem & mixtam, non negante id Hieronymo ac Bellarmino, Latinam in publicis lectionibus, Disputationibus, avthenticam definire, & canonicam: sicuti dissentiant Hebræi & Græci Codices à Latinis, fontes potius ad vulgatam Latinam, qvam hanc ad illos, post Concilium Trident. corrigendos & emendandos affirmare, eadem autem ex Originali, *sine omni errore transsumtum*, etiam post Sixti V. & Clement. VIII. contradictorias, etsi utraqve ex Cathedra, correctio-nes, dicere, est myriadas errorum illius versionis ignorare, & naturale omnium axiomatum principium Metaphys. tol-lere. Syn. Trid. sess. 4. Bell. 1. 2. de V. D. c. 9. & 10. Gretz. def. Bell. 1. 2. c. 11. [2. Pet. 1. 19. Rom. 3. 2. Luc. 24. 27. 44. 2. Tim. 1. V. 13. 14. c. 3. 16. 17.]

10. Evidentia aut opponitur *Certitudini obscuræ* (qvæ cum non tam sit fidei, Philosophicè loquendo qvam scientiæ: nec tam intellectionis circa proponendi modum: qvam, intellectus determinationis, circa principii proximi cum re probandâ essentialē & necessarium nexum, in hâc qvæstiōne propriè non attendit) aut opponitur *Ecclesiastica explica-tionis, Confilio precum & Spir. S. illuminationi*, si non alicubi ad literam s. sensus Grammatici cognitionem; tamen ad Spiritu[m], ipsumq[ue] fidei intellectum propter incapacitatem sub-jecti illustrandi unicè necessariæ: aut *actualis intellectionis negati-oni* (ubi Scriptura manet *Lux & Lucerna*, ipsumq[ue] Evangelium, qvamvis actū non intelligatur, etiam tum, cum excœ-ctat Diabolus *& νοηγετὴ τὸν ιπτίσων*, manet, *Φαλισμὸς τὸ δόξης* Jesu Christi 2. Cor. 4. 4. Psal. 119, 105. 130.) & nec his duo-bus modis, in hâc controv. accipitur: aut opponitur, *partien-laris*

laris obscuritatis assertioni (qvâ ratione nec à nobis universalis extensiva perspicuitas asseritur, evidentia enim articulorum fidei, qvâ modum proponendi, est qvidem omnium articulorum : sed non omnium locorum, s. eorundem in omnibus locis, ubi in primis valet illud Salvatoris : *Scrutamini Scripturas*) aut deniq; Papisticae obscuritatis accusationi, qvæ supponit sensus ambiguitatem, & incertitudinem : concludit, traditionum, interpretationis Pontificis, velut Ecclesiæ excellenter abstractivæ, necessariem, excludit Laicorum lectionem. Et in hâc Oppositione Scripturarum evidētia (qvæ hic ex vi verborum & intentione revelantis considerata adeò intrinsecâ claritate est irrefragabilis, ut nemo Idiomatis gnarus & extra præjudicium positus ei possit contradicere : nec opus sit, ut constet hujus sensus veritas & cum mente revelantis conformitas novâ illam revelatione aut miraculo legitimare) s. perspicuitas, *quoad dogmata, quotquot ad salutem vel necessitate medii vel divini præcepti creditu sunt necessaria*, à nobis affirmatur. Aliud autem est explicatio Ecclesiastica, qvæ, uti Patrum expositioni semper & ubique sit consona, opus haut est : aliud sp̄eciales Scripturarum violencia in Dd. profans & indecis notata Zeph. 3, 4. 2. Pet. 3, 16. Errant i. Pontificii ex dupli vitiosâ hypothesi, unâ abstraktivâ qvâ à subjecto legente Scripturas, omnia informationis media, orationem pro illuminatione, legitimam versionem, sufficientem lingvæ illius cognitionem, studium seruum, abstrahunt, alterâ extensivâ, qvâ questionem ad qvævis ex Scripturis cognoscibilia, etiam illa, qvæ ita sunt de fide, uti tamen non sint articuli fidei, nec omnibus omnino Christianis adultis scitu necessaria, extendunt, atque adeò non sine grandi ignoratione Elenchi, Scripturas non saltem quoad res s. mysteria summa: sed etiam quoad modum proponendi obscurissimas proclamantes. Conf. Bell. I. 3. de V. D. c. 1. & 2.

B

Errant

Errant iudicem 2. multiplicando articulos fidei, adeo uti singulae particulares historiae Bibliae, etiam illa de Cane Tobiae una cum hoc currente & caudam movente, sint peculiares articuli fidei. Conf. Colloq. Ratisb. Ses. XI. p. 42. & ibidem Gretseri triplicatum MAXIME. Errant 3. Enthusiastæ, Svencofeldiani ex pravè intellecto loco 2. Cor. 3, 6. Verbum scriptum literam mortuam appellando, & eidem Verbum DEI substantiale, & in immediatam S. Spiritus nec cum Verbo, nec per Verbum scriptum operantis, illuminationem opponendo. 2. Pet. 1, 19. Deut. 30, 11. 12. 13. 14. [qui locus non de facilitate implendi: sed intelligendi rectè explicatur ab Abulensi notante Bellarm. l. 3. c. 2. neque vero de solo Verbo legis: sed & fidei Rom. 10, 6. 7. 8.] Luc. 24, 25. 27. 45. 2. Cor. 3, 14. 18.

11. Sensus literalis, utpote forma Scripturæ essentialis, (qui, quatenus est in mente credentis s. mentalis, non est ratione formæ aliis ab eo, quam quem litera suo naturali significatu continet, neque est ab alia illuminatrice vi, quam quæ verbo divino per se indita est, modò sensus ille mentalis sit adæquatus menti S. Spiritus) non est nisi unus, quem scil. verba Scripturæ proximè & immediatè significant, sive sint verba propria sive figurata: qui ab accidentalí verborum significatione, & rerum significatarum comparatione fluit, sensus realis & mysticus est, vel potius: accommodatio unius sensus literalis, eaq; uti communiter distinguitur, Allegorica, quæ respicit fidem: Tropologica, Charitatem, Anagogica vitæ æternæ Spem. Probamus hic liberale Pontif. concessum: Solus literalis, non Symbolicus illatus sc. sensus est argumentativus Bell. l. 3. de V. D. c. 4. Qvod propriè interpretari possumus, per figuram interpretari incredulorum est hominum fidei diverticula quærentium Malandonatus super c. 8. Matthæi ad v. 12. Ad sententias literales fit

fit ultimata resolutio discursus Theologici: de Al. pr. sent.  
 qvæst. i. *Allegoria tamen innata, & à Spiritu S. in Novo fædere explicata*, maximè est argumentativa: qualis de serpente exaltato, de osse Pesach non comminuendo, de Jonâ in ceto, de gemino Abrahami filio, *et nra ēs̄r à dñm p̄p̄la*. Cœterum complexus hic typi & antitypi eadem literâ ad apprehendendum propositi, & in N. T. disertè expressi non est extendendus ultra praxin Scripturæ, neque per duos sensus literales (non disparatos toto genere nec oppositos: sed) subordinatos & analogos in qvibusdam locis, periculum Scripturis ab æqvocatione per qvam nemo certus esse possit se tenere mentem Christi & habere omne Consilium DEI revelatum, qvod nullum laborat æqvocatione, et si tali laboraret ex medio termino Thomæ vid. hic Sum. Th. p. i. qvæst. i. Artic. X. i. Cor. 14. v. 8. 9. i. Cor. 2, 10, 16. Act. 20, 27. Jacob. i, 21. Num. 21, 8. 9. Joh. 3, 14. [Exod. 12, 46. Joh. 19, 36. Hos. ii, 1. Matt. 2, 15. Jer. 31. v. 15. Matth. 2, 17.] Jon. 1, ult. Matth. 12, 40. Genes. 21, 10. Galat. 4, 24.

12. Lectio Scripturæ in Lingvâ vernaculâ, tûm *in publico* & communius Ecclesiæ est instituenda, tûm privatim omnibus sine discrimine hominibus, *ipsis etiam Idiotis* in vulgari lingvâ est permittenda & commendanda. Sacrilegi e. sunt Pontif. i. publicum Scripturarum usum, & sacra publica non nisi in Latinâ Lingvâ, velut *Occidenii communissimâ* permittentes: 2. Laicos à Scripturarum S. lectione velut detrimentosâ magis, qvam fructuosâ arcentes. Vid. Index libror. prohibit. Tridentinus sub Pio 4. reg. 4. & circa illam OBSERVATIO, unde patebit Veteratorem fuisse Bellarminum, qvando l. 2. de V. D. c. 15. scripsit: *Kemnitius impudenter mentitur*, Psal. 1, 2. Joh. 5, 39. Act. 17, 10. i. Cor. 14, 7, 9. ii. 2. Pet. 1, 19.

( 12 )

# DE DEO TRINUNO, COLEND & MEDIATORE UNO.

13. DEUS non per modum libertatis: sed naturalis necessitatis bonus, omnipotens, immensus, æternus, unus solus est essentiâ, & trinus in Personis, PATER, qui à nullo est factus nec creatus nec genitus: FILIUS qui à solo Patre est, non factus, nec creatus: sed genitus: SPIRITUS S. qui à Patre & Filio est, non factus, nec creatus, nec genitus: sed procedens: quæ tres personæ coæternæ sibi & coæquales pari maiestate & gloriâ, ab Essentiâ, velut unâ & eâdem numero in singulis personis ( neque enim vel personarum Trinitas, vel Decretorum & actionum divinarum pluralitas repugnat essentiæ divinæ unitati & simplicitati, quæ ex revelatione creditur, non ex abstracto naturæ libro, cuius finis est glorificatio *Creatoris*, *ulterior inquisicio veritatis & inexcusabilitas, scitur*) non nisi ratione: at inter se realiter, nequaquam autem numero essentiali distinctæ, sunt summus ille & unus Israëlis DEUS אֱלֹהִים. Blasphemi ergo sunt contra venerandum hoc *Theologie mysterium*, ab omnibus salvandis credendum & in V. ac N. T. salvâ tamen hujus eminentiâ, qvoad claritudinem propositionis, à Catholicâ Ecclesiâ semper & ubique creditum, præter Judæos, veteres Sabellianos, à Sabellio Pentapolitano Ægyptio Sec. 3. hæretico (qui docuit *unam tantum esse in divinitate personam & Trinitatem nominibus solummodo, non autem realiter ipsâ hypostasi distinctam*) præter Macedonianos à Macedonio Constantinop. Episcopo sec. 4. hær. (qui & *Filium ac Spir. S. ὄμοός ον negavit, & hunc non nisi vim à DEO conditam & per singulas creaturas diffusam affirmavit*) sic dictos, præter Val. Gentilem, (qui superiori seculo docuit *tres esse Spiritus eternos, Patrem, Filium & Spiritum S. essentiali numero differentes & inæquales*,

inæquales, ita ut solus Pater sit ~~autem~~ s. **D E U S** à seipso i. e. à nullo superiore Numine essentiatus) PHOTINIANI tūm veteres (à Photino Sirm. Episcopo sec. 4. hær. sic dicti) tum recentiores iidemq; Servetiani (à Serveto hæresiarchâ anno 1555. Genevæ combusto abnegante blasphemè S S. Trinitatis mysterium, ipsamq; adeò personalem distinctionem) & vulgò Sociniani dicti, docentes sumnum D E U M unum esse non modò *essentiâ*: sed & *Personâ*, eundemq; non esse nisi Patrem JESU CHRISTI: Filium, personam quidem: sed non nisi humanam, & *Exsistâ* saltem non *Exstâ* D E U M: SPIRITUM autem S. planè non esse *personam*, nec *creatorem*, nec *creaturam*: sed vim s. *virtutem increatam*, qvæ aliquando ut persona introducatur per Protopopœiam, sine propriâ personalitate. Vid. Volk. I. 5. de verâ religione p. 493. Crell. in tr. de Uno DEO Patre &c. Smalz. Disp. de Trin. p. 15. *Nec 1.* *nec 2.* *nec 3.* in divinitate personam agnoscimus. Idem p. 2. 3. 5. 10. Dogma de Trinitate appellat monstrosum, vanissimum hominum commentum absurdissimum, exibilandum, AntiChristi figmentum. Generationem Filii ex substantiâ Patris processionem Spir. S. personalem dicit esse absurdum, fabulam, errorem. Sed & rejiciendus I. Vorstinianismus crassè sentiens D E U M definibilem, corporeum, vere quantum, compositum, in quo dentur accidentia, cuius præsenzia eis repletiva & substancialis sit localis. Conf. Vorst. tr. de DEO s. de nat. & attribut. DEI, & ejusdem Apolog. Exeg ad Reg. Brit. Antid. Fr. Brokeri specimen consc. Vorstii, & hujus Catal. de error. Lubberti. Sed & de Teriull. DEO Corpus tribuente vid. Aug. ad Qvodvult D E U M & l. 10. de Genesi ad literam. 2. Puccianismus statuens ex Christi Servatoris efficacitate in omnibus & singulis hominibus, quatenus homines sunt, fidem de DEO universalis & naturalem, qvæ sufficiat ad salutem, per quam ipsi etiam Gentiles, antequam mysteria explicantur.

cum ingenuis Christianis implicitè consentiant, & ipsa adeò ignoratio &  
 incredulitas mysterii revelati neminem hæreditate cœlesti excludat. Vid.  
 Fr. Puccius Filid. in scripto de C. S. efficacitate A. S. 1592.  
 Goudæ impresso & Luc. Osiand. refutatio. 3. Neque probandi illi Avtotheani, qui contra Gentilem defensuri *Filium*  
 & *S. S.* ἀντίθεσσι (qvo sensu, & illo, qvo Epiph. hæref. 69. usurpat  
 vocabulum, uti ἀντίθεσσι sit, qui verè & seipso *DEUS* est,  
 qui hoc negat, hæreticus est) altius egressi, ita e. c. *Filium*  
*DEI* propugnant ἀντίθεσσι, uti sit *quoad essentiam* vel quā  
*DEUS*, à *seipso*, qui qvidem habeat *essentiam communem* cum *Patre* (eadem ratio *Spiritus S.* in ordine ad Patrem & *Filiū*)  
 sed non *communicatam à Patre* (nisi impropriè loquendo) &  
 adeò secundūm relationem quidem sit *Filius à Patre*: sed  
 non secundūm *essentiam DEUS de DEO*, *Lumen de Lumine*,  
 qvod in Calvino notavit Bellarm. l. 2. d. V. D. c. 19. in Trel-  
 catio Arminius resp. ad 31. artic. p. 282. A quā qvæstione de  
 cœtero vel ob æqvivocationem vocis abstinendum, vel salvâ  
 generatione *Filiī* & processione *Spiritus S.* cuius utriusqve veritas  
 hyperphysica & modus ineffabilis est, iam *quoad essentiam*,  
 quam *quoad personam* (uti neutro respectu in oppositione communica-  
 tionis *Filius & S. S.* sint ἀντίθεσσι) idem æqvè de *Filio & Spi-*  
*ritu S.* ac *Patre* contra Gentilem & in oppositione depen-  
 dentis à *Patre*, vel à *Spiritu superiore*, *essentiæ*, affirmandum,  
 extra qvem termini usum, si ἀντίθεσσι idem sit qvod *DEUS*  
 à *seipso*, nec *Spiritus S.* fuerit ἀντίθεσσι, qvia à *Patre & Filio pro-*  
*cedens*, nec *Filius*, qvia à *Patre est genitus*, nec ipse *Pater*, qvia  
 prout innotescit per notionem *innascibilitatis*, non à *seipso*:  
 sed à nullo est factus, nec *creatus*, nec *genitus*. Conf. Trelc. Instit.  
 l. 1. p. 27. qui nec accuratè ibidem personas dicit esse *leges*  
*ταύτης* s. Modos *essentiæ* *divinae*, à quā distinguantur non solā rati-  
 one; sed rei gradu at modo.

14. Solus

14. Solus ille trinunus DEUS, Pater, Filius & Spiritus S.  
 sine subordinatione Filii ad Patrem velut DEI Minoris ad  
 Majorem unâ religiosâ adoratione & invocatione ab omni-  
 bus sanctis Confessoribus semper fuit, est & erit colendus:  
 ut adeò objectum cultus religiosi in V. & N. fôdere æqvè  
 fuerit Filius & S. Spiritus ac Pater: at nec ibi, nec hic An-  
 geli ( qvos bonos , ac donis excellentissimos creatos, post  
 apostasiam qvorundam fine spe veniæ, extra potentiam la-  
 psus in bono esse confirmatos, & ad singulorum fidelium cu-  
 stodiam deputatos fide divinâ creditur ex Scripturis ) nec  
 Sancti defuncti sive ut intercessores , sive ut opitulatores  
 ( nedum Imagines, & reliquiæ Sanctorum) fuerint & sint in-  
 vocandi vel religiosè colendi, qvippe qui cultus non saltem  
 caret omni mandato: sed etiam caret i. promissionis verbo.  
 2. Imitabili exemplo, & repugnat primo Decalogi præcep-  
 to, & JESU CHRISTI unius Mediatoris æqvè per modum  
 intercessionis, ae redemtionis officio. Errant i. Photi-  
 niani s. Sociniani docentes vel 1. *solum DEUM Patrem & nunc*  
*& semper colendum & adorandum fuisse*, prout Fr. David, vel 2. in  
 V. T. & adusque CHRISTUM glorificatum, non nisi unum  
 DEUM Patrem colendum fuisse , & tunc præceptum de du-  
 liâ s. latriâ soli DOMINO DEO præstandâ ex Lege Deut. 6.  
 v. 13. & Matt. 4, 10. obligavisse: at ex quo existere coepit, qui  
 præter DEUM ipsum adoratione dignus esset, præter DEUM,  
 cultum illius DEI & adorationem personæ, quæ non sit na-  
 turâ DEUS, ex præcepto obligare, & invocationem ejusdem  
 et si non absolutè: sed saltem secundum qvid necessariam  
 justè præstari posse, ut de cœtero majoris tamen sit perfecti-  
 onis, etiam nunc rectâ ad ipsum DEUM Patrem accedere &  
 ad eum preces dirigere, prout Socin. & ipse Volkelius I. de  
 v. rel. vel 3. in V. T. qvidem tantum unum DEUM æternum

Creato-

Creatorem cœli & terræ adorandum fuisse: at nunc duos Deos unum summum, alterum subordinatum non saltem coli posse: sed & ex præcepto invocandum æqvè ac adorandum esse, adeò uti, qui hodie non colit Filiū is neque DEUM Parentem, & qui unum tantum DEUM sub novo fædere colat, Judaicum ostendat Spiritum: nequaquam autem Eibnicum, qui colat unum DEUM majorem, alterum minorem, cum nihil aperiūs in libris novi fæderis præcipiatur, nihil cœbrius inculcetur, quam Cultus DEI Parentis & Jesu Christi non tanquam unius DEI: sed DEI tanquam causæ salutis nostræ primæ & finis ultimi, & Jesu Christi, tanquam cause secundariæ, & ille ipse colens unum DEUM summum & unum subordinatum, sic verus DEI Cultor, & ipsissima Christianæ religionis sanctissimæ, purissimæ, divinissimæ majestas, verba sunt Smalcii hom. i. in Joh. p. 10. 11. 12. quo cum faciunt hic qui contra superiores duplicitis classis socios cum Blandrata defenderunt, non saltem posse: sed & debere invocari quendam non naturâ DEUM. Errant 2. qui dogma de Confirmatione Angelorum honorum, per quam ita objiciuntur Providentiæ ut sint extra potentiam lapsus, & sciant se nec labiles nec lapsuros, neque ex Scripturis decidi posse, & decisum exiguum nobis utilitatem afferre statuunt. Conf. Armin. resp. ad art. Errant 3. Pontificii Angelis & Sanctis Canonisatis cultum & invocationem religiosam s. Duliam: Virginis Mariæ hyperduliam, reliquiis autem & imaginibus adorationem respectivam tribuendo, nec saltem ut precatores & Intercessores per vota: sed etiam per propria merita, aliorum sc. preces ad DEUM deferentes & gratos efficients, ita ut pro quibus interpellant, asseqvantur remissionem peccatorum & vitam æternam, atque adeò ut Salvatores, Redemptores, Liberatores ab irâ DEI, à peccato, à Satanâ, ab æternâ damnatione eos venerando, & Idololatriam foedissimam committendo. Vid. Missal. Rom. Hort. an. Bell. l. i. de S. Beatitud. c. 13. & seqq. cuius

cujuſ bratum Sophisticumq; Consilium, puidendi dogmatis signum: sc. in argumenio invocationis Sanctorum liberalissimè esse loqvendum, parcissimè sentiendum: in adoratione contra imaginum liberalissimè sentiendum, parcissimè loqvendum, Cum dicimus, verba sunt Bell. l. i. de S. Beat. c. 17. non debere peti à Sanctis, niſi ut orene pro nobis, non agimus de verbis: sed de verborum ſenſu: nam quantum ad verba, licet dicere: S. Petre, miſerere mei, ſalva me, aperi mihi aditum cœli, da mihi ſan- tatem corporis, da patientiam, fortitudinem, &c. dummodo intelligamus, ſalva me & miſerere mei orando pro me: da mihi hoc & illud tuis pre- cibus ET MERITIS. Idem l. 2. de Sanct. imag. c. 21. 22. 23. 24. 25. Imagines, inquit, Chryſi & Sanctorum veneranda ſunt per ſe & propriè (ita ut ipſa terminent venerationem ut in ſe conſideran- tur & non ſolum ut vicem gerunt exemplaris etiſi ſic nulla imago adoranda cultu laetiae: ſed cultu quodam imperfetto, qui analogicè & reductivè pertinet ad ſpeciem illius cultus, qui debetur exemplari) & impropriè ac per accidens eodem genere cultus quo exemplar ipſum colitur e. c. Ima- go crucifixi cultu Latriæ: Imò & imago potest adorari ratione ipſius exemplaris, eodem cultu, quo ipſum exemplar, propriè, etiſi per ac- cidens: Coeterum, quantum ad modum loqvendi PRÆSENTEM IN CONCIONE AD POPULUM non eſt dicendum: Imagines ullas adorari debere Latriâ: ſed ē contrario, non debere ſic adorari. Ita Bellarm. Distinctiones inter Latriam, Duliam, reli- gionem primariam & secundariam, interceſſionem immediatam & medi- atam, Cultum per ſe & Cultum per accidens, Culum propriè per ſe & propriè per accidens, Culum univocum, & analogicum, Culum propter ſe & propter aliud, Mysterium iniqvitatis & profunditatem Satanae oſtendunt. ſed & Bell. qvili. i. de Chr. c. i. bellum hæretorum ſupe- riū (Photinianorum ſc. de invocando uno Deo Patre) perop- tunè accidisse & pacem Ecclesiæ fuſſe gloriatus erat ex eo, quod, qui non invocandum Chriſtum defendorint, certissimā rations demonstrave-

rint adversarios (Socinum sc. & Blandratam) secum ipsos pugnare,  
 quippe qui nolint invocari Sanctos, quia non sunt Dii veri, & tamen  
 Christum invocari velint, quem iudicem palam affirmant, non esse verum  
**DEUM**, vel alias ejus nomine Pontificius, viderit, quomodo  
 solidè ex Charactere cultus religiosi (quem SOLIUS DEI AL-  
 TISSIMI omni ratione videri, adeo ut omnes Trinitariorum munitiones  
 uno hoc fundamento maxime adhuc nitantur, quod Christo adoratio &  
 invocatio conveniat, imò proper quam factum, ut ab ipso nascientis Ec-  
 clesiae initio adusque nostra tempora tot innumerabiles Viri, tot sanctissimi  
 Martyres cum gravissimum errorem fecuti sint, quod Christus sit unus ille  
**DEUS**, qui omnia creaverit, aut certè ex illius propriâ substanciali ge-  
 nere, quia sc. nimis aperitè ea in S. literis illi tribui animadverterunt,  
 quæ soli DEO tribui consueverunt, & INPRIMIS invocationem ac ado-  
 rationem, scripsit & confessus ipse Socin. in epist.) probatu-  
 rus sit Christum verum & naturā **DEUM**, vel ex hāc hypothesi  
 negatā & alterā de invocando nihilominus **CHRISTO**, datā,  
 Socinianis objecturus cultum duorum Deorum, & quid responsu-  
 rus Smalcio, cui mirum videtur hoc sibi ab illis objici inter Christianos  
 qui & ipsi non verentur non tantum **DEUM** & Jesum Christum: sed  
 & alios multos, de quorum tamen divinā potentiam nihil certò affirmare  
 possunt, divino cultu honorare, adeò ut loco ejus, quod in S. literis  
 Spiritus S. conjungere solet **DEUM** & Jesum Christum, vel agnum, illi  
 non vereantur cum DEO copulare Mariam Matrem Jesu & divinam  
 illi gloriam tribuere: *Laus DEO*, ait Bellarminus, & B. Virginis Mariae.  
 Uni secunda DEO, appossum eft in quibusdam Jesuitarum artis ad pi-  
 cturam B. Virginis Mariae. Quis hic non videt, si vellemus, nos optu-  
 mo jure eos & ridere & eis insultare posse. Ita Smalc. hom. i. in Joh.  
 p. 10. unde constat in praxi hic dari Circulum Sociniano - Papisti-  
 cum, per quem non licet uni hæresi alteram interficere. Isa.  
 6, 1. 3. 8. Joh. 12, 41. Act. 28, 25. Is. 63, 7. 8. 9. 10. Prov. 30, 5. 2. Sam.  
 23, 3. Gen. 48, 16. Num. 6, 24. 25. 26. Deut. 6, 4. 5. 13. c. 10, 20.  
 Matth.

Matth. 4, 10. Roman. 10, 14. Apoc. 19, 10. c. 22, 9. Jud. 13, 16.  
 Dan. 7, 10. Ep. ad Hebr. c. 1. à v. 4. ad fin. Act. 23, 8. 2. Pet. 2, 4.  
 Matt. 22, 30. 1. Tim. 2, 4. 1. Joh. 2, 2, 3. Rom. 8, 34. Joh. 14, 6.

## DE HOMINE INTEGRo.

15. Imago DEI s. אלדים (Personarum SS. Trinitatis ex Non ente creantium æqualitè verbo & spiramine non transitivo: sed substantiali & æterno omnem creaturam) seu originalis justitia & sanctitas in Adamo, non fuit essentia- lis forma sive substantia hominis , nec , propriè loqvendo, aliqvid fluens aut dependens ex principiis naturæ , atqve hâc ratione *naturalem* fuisse negamus: sed accidentalis , ipsius ta- men essentiæ & humanæ naturæ coram DEO restitudo , per- fectio , & cum DEO Archetypo conformitas per gratiam conditricem , concreata (uti adeò idem instans primum fuerit hominis & imaginis in homine s. hominis integri , & pura naturalia , qvippe nunquam , in sensu Papistico, præexistentia , purum sint commentum ) & cum naturâ propaganda , atqve adeò non supernaturalis sed naturalis. Errant e. (1) *in excessu* Pelag. & Flaciani ipsum corpus & ani- mam, facultates quoqve tûm sentiendi , tûm intelligendi , & operationes , qvæ ab iisdem facultatibus exercentur , pro imagine hâc divinâ accipientes & ex eadem hypothesi in contrarias hæreses declinantes. (2) *In defeciu* Schola- stici & Pontificii , dum saltem e. c. per aureum frânum in eqvo: vel seruum in capite Virginis originalem justitiam primi hominis describunt, & langvorem naturæ , oriundum ex conditione materie in primo homine supponunt: ipsam autem imaginem per donum supernaturale gratiæ gratum facientis &c. definiunt. Errant (3) Photiniani dum imaginem illam in dominio super reliqua ani- mania

*mantia, formaliter ponunt.* Sed & praeter errorem cum 2. classe communem (4) veteratorem & Sophistam egit Bellarmi-  
nus dum nos in uno eodemq; cum Pelagianis principio con-  
jungit lib. de grat. prim. hom. c. 1. & tamen ipse cap 5. donum  
gratuitum, qvod à nativitate habetur, & per qvod natura or-  
natur ac perficitur, *Naturale* dici posse concedit: at ita nos  
terminum *Naturalis* hīc accipimus, nec illum, vel *gratia ut sic*,  
vel *Accidentali* opponimus: nec, qvod ad ipsam naturam &  
internam constitutionem pertinet, *sive à priori, sive posteriori*  
naturale hīc dicimus: sed *qvod sive internum sive externum à*  
*gratia conditricē ad melius esse homini in creatione esse concessum.* Nec  
probandi (5) Arminiani quibus quæstio de justitia originali 1. ho-  
minis esse uirilis vitor vid. Apol. Arminianorum, cum con-  
tra hæc quæstio sit omnium reliquarum principalissima,  
ex quā negligentē vel vitiōsē decisā errores gravissimi pro-  
fluunt in sequentes articulos, qvod vel sola docet praxis pa-  
pistica in materiâ de lapsu & reparazione, & intersit unicui-  
que Christiano, *ut memor sit unde exciderit meliori fide talis*  
*censetur, quæstio Arminiana: An Adamus ante lapsum habuerit*  
*institam potentiam credendi in Christum ut Salvatorem à peccatis, ex hy-*  
*pothesi Evangelii plenè revelati Gen. 1. 26. 27. Eph. 4, 24.*

16. Ante peccatum homo morti non subjectus fuit per  
naturam, nec actu moriturus, nec, si propagasset speciem in-  
tegri, mortalis futurus: sed immunitus esse potuit perpetuo  
à morte non æternâ saltem: sed & temporali, neque ab inevi-  
tabilitate solùm mortis: sed & ipsâ mortalitate, per *conditri-  
cem gratiam*, per quam accepit non immortalē saltem ani-  
mam, cui ex instituto DEI æqvè ac Angelis immortalitas fuit  
necessaria: sed eodem instanti integrā immortalē na-  
turam, seu, & possibilitem non moriendi, & impossibilita-  
tem moriendi, per causam naturalem, *quoad usque non deficeret*  
à DEO

*à DEO per peccatum*: atqve adeò immunitas à mortalitate & passibilitate adversorum hæc fuit non *absoluta*: sed *hypothetica* naturalis, non speciei addititia, nec vel Providentia, velut æqvè in statu integro futuræ, imò tūm ex naturâ DEI, tūm creaturæ s. rei semper necessaria, vel ordinati esus, *arboris* maximè *vita*, exclusiva, et si *hæc retundendis malis hominem disposituris ad mortem* qvæ in statu integratatis nulla fuerunt condita haut fuit. Errant e. præter Armin. Confess. Apol. cuius error jamjam notatus i. *Pontificiū corpus primi homini* *per naturam mortale afferendo*, nec ex gratiâ conditrice: sed speciali conservatrice *supernaturale immortalitatis donum arcessendo* (vide Bell. c. 9. & de arbore vitæ paritè ac de Paradiſo erronea dicentem c. 12, 13, 14, 18.) Errant 2. *Pelagiani* donum immortalitatis in statu ante lapsum negando, qvam theſin hodiè vehementer propugnant *Pelagio*-*Photiniani* seu *Sociniani* vid. ipse *Socin. de stat. primi hominis* p. 4. 5. & de Jesu C. Serv. c. 8. item 1. Q. R. P. c. 5. p. 55. n. 1. Catech. Racov. p. 21. & 25. Der Mensch hat von Natur nichts gemeines mit der Unsterblichkeit. Ostorod. Inst. c. 33. Curcell. tr. de Jur. DEI. Observetur hic Syncretismus Pelagiano-Sociniano Papisticus in negatâ contra nos immortalitate primi hominis naturali, & propugnata i. hominis *per naturam mortalitatem*: unde ad qvæſtionem: An i. homo conditus fuerit per naturam mortalis: An immortalis? Respondent utrinqve A. i. N. 2. Gen. 2, 17. c. 3, 22. Rom. 5, 12.

## DE HOMINE CORRUPTO.

17. Qvām excellentēr imago DEI humanam naturam omnesq; ejus potentias intrinsecus & extrinsecus perfecit & DEO conformavit: tam horribiliter ejus Imaginis s. justitiae originalis (imago qvippe per peccatum hominis amissa

est & naturaliter, & meritorie pariter ac lapsorum Angelorum primæva integritas) ablatio, naturam humanam, non saltem qva objecta physica & civilia s. circa quodcumque verum bonum civile, laesit vel debilitavit: sed planè corruptit, & depravavit, quam durabilem parentiam & depravationem naturæ, *peccatum Originis* appellamus: quippe quod est, accidentalis quidem: sed tamen intima, fœdissima, profundiSSima, horrenda non accidentium saltem: sed ipsius quoque naturæ humanæ s. totius hominis corruptio, *in intellectu omnium spiritualium totalis ignorantia: in voluntate, aversio à DEO & spirituali bono, unà cum contemtu & odio: in appetitu sensitivo rebellio, nec adeò pura justitiae originalis privatio: sed & inordinata partium animæ, uti ex Thomâ recte loquitur Form. Concord. p. 55. dispositio, habitus corruptus, & concupiscentia immoderata*, quæ per Adamum (cujus intellectu & voluntate peccantibus, intellectus & voluntas totius generis humani tunc specificâ existentiâ in personâ i. hominis velut fonte existentis, verè peccavit) in omnes homines naturaliè propagatos non imitatione: sed generatione penetravit, ita ut natura humana jam inde à primo nostræ conceptionis momento, naturaliter (non judiciariâ aliquâ DEI constitutione, vel decreto alio, quam non impediendi per miraculum illum naturæ humanæ ex lapsu decursum naturalem & determinationem) peccato, & propter hoc non saltem morti & corporalibus malis: sed etiam regno Diaboli s. æternæ damnationi (sine notâ crudelitatis in DEO propter solum originis peccatum homines æternâ morte damnatur) obnoxia, &, extra gratiam regenerationis si sit, æternum damnanda propagetur. Hujus *putris arboris fructus* peccatum actuale est, omnis sc. actus internus s. externus, Theoricus sive practicus, non conformis regulæ verbi divini (hoc quippe solum: non

non autem naturale hominis judicium sufficiens est norma peccati) qvod in adultis ita cohæret cum originali, ut non sit facilè discernere & rigorosè ostendere distinctionis punctum Mathematicum, nec in sensu composito possibile, ultimum hominem hanc vitam traducere sine commissione peccati actualis: neqve verò ad reatum peccati actualis requiritur ut sit formaliter & actu 2. voluntarium. Errat e. in excessu *Flaciani/mus*. Totus homo, quantus quantus est, *sive in substantiâ, sive in accidentiis, quantum talis*, mera abominationis est, ait *Flacius*, cuius error in *Manichæismum* (qui oppugnatus in sec. 5. peperit Pelagianismum: uti hic rursus oppugnatus à Flacio, Manichæismum) s. *duo principia coetera*, vel deteriorem quoque Manichæismo hæresin: *DEUM sc. esse autorem peccati* resolvitur. Errat 2. in defectu 1. *Pelagianismus*, & ho- diernus *Socinian-Arminianismus* planè negans, peccatum originis, homines verè proprièt̄ reos & divina maledictioni obnoxios faciens: Etsi, ait Curcell. tr. de jur. DEI in creat. innoc. parentes liberis per generationem propensiones aliquas ad malum communicant, peccatum tamen ipsum non communicant: propensiones enim istae vera non sunt peccata, quamdiu voluntas peccandi non accedit, aut opere non impletur: sed sunt morbi aut vitia naturæ, que neminem coram DEO reum redundunt & quorum causâ quenquam in ignem aeternum conjicere, non min us iniquum fore, quam cæcum natum p̄cedere, quod verbi divini ledioni non incumbat, aut surdum quod non audiat. 2. Semipelagianizans *Papismus* nimis jejunè de peccato originis sentiens, & per vulnerationem & materialem naturæ langvorem, item per habitum, ex quo directè nulla oriatur inclinatio ad malum, & per quem Adam lapsus ab Adamo integro in puris naturalibus considerato, non magis differat quam spoliatus à nudo, illud describens. 3. ex Pontif. Alberius Pighius & Ambros. Catarinus, afferendo peccatum originis nihil esse aliud: quam primam Adami transgressionem actualēm: nec esse in par-

valibz

dulcis, quod habeat veram & propriam peccati rationem: quin peccatum originis in solo Adamo fuisse reipsa: in reliquis hominibus non nisi imputatione, quam sententiam dum Bellarm. l. 5. de Amis. grat. & St. pecc. c. 18. oppugnat idem c. 17. §. ult. non obscurè firmat: sed & manifestè Pelagianizat: Omne, inquit, verum peccatum essentialiter habet ordinem ad voluntatem liberam, ita ut si aliunde, quam à liberâ voluntate nascitur, peccatum non sit: itaque an peccatum voluntarium esse debeat, non solum causæ: sed etiam essentiæ est quæstio: nec ullo modo imputari potest ad culpam, quod nullo modo à liberâ voluntate processit l. 5. de A. G. & S. P. C. 18. Idem l. 1. c. II. Peccatum quò magis est voluntarium, eò magis est peccatum: quò minus est voluntarium, eò minus est peccatum & si nullo modo voluntarium sit, nullo modo peccatum erit. Annon hoc est πλαγιασμός Καρ. & negare peccatum originis, vel relabi in damnatum errorem Pighii & Catarini, s. in solo πλεγμώνι Adami totalem rationem peccati originis ponere? Denique erravit ex Calv. Cinglius peccatum originis morbum: nec tamen per se culpabilem & damnabilem asserendo lib. de bapt. tr. 3. in dig. de p. o. Ita sc. contra Manich. & Flacianos vendicandus est Articulus fidei primus: ne per Pelagianismum revertatur secundus & tertius vid. F. C. p. 642. 643. &c. Ps. 51. 7. Rom. 5. 12. 14. 16. Rom. c. 3. 23. Eph. c. 2. 3. c. 4. 14. 18. 22. Gal. c. 5. 17. 19. Act. 17. 28. 1. Cor. 15. v. 48. Jacob. 1. 13. Joh. 3. 6. Deut. 32. 32. 33. Matt. 7. 17. 18. c. 15. v. 19. 1. Joh. 3. 4. 1. Reg. 8. 46. 1. Joh. 1. 8. 10. Rom. 7. 15. 16. Gal. 3. 10.

18. Non Maria υπερβάσιον Virgo: non I. Baptista: sed solus Christus sine peccato est conceptus & natus. Errarunt c. duo maximè Pontifices Sixtus IV. & Pius V. duo item Concilia Bâsilense sess. 36. & Trident. sess. 5. immaculatam B. Virginis concepcionem & ejusdem ab omni peccato immunitatem per singulare privilegium partim definiendo, partim ut sententiam piam, Scripturis, rationi, fidei

fidei catholicæ consonam, non tamen, ut articulum fidei probando: quod privilegium dum determinant, falsum de *Animarum infusione & immediatâ creatione* dogma supponunt, & duplē hominis in utero matris conceptionem fingunt. vid. Bell. I. 4, de S. P. c. 16, de Val. d. P. O. c. 3. Accipimus liberalem Bellarmini confess, ex lib. 4. c. 15. Non expēclandum est, inquit, ut expressum DEI verbum adferamus, aut certam aliquam Ecclesiæ definitionem. Id enim si facere possemus, pro hereticis haberemus, qui contra senti- rent. Sed &, velut Characterem deliqvii Papalis, admittimus responsum Pauli V. & Greg. XV. ad Phil. III. & IV. Reg. Hisp. postulantes decisionem hujus controversi, propter bellum Ordinum: *Pontificem nihil posse amplius in hac controversia præstare, donec Spiritus S. ex alio infuderit.* Spiritum nondum tanti mysterii penetralia Ecclesiæ suæ patet esse. Conf. Constit. Sixti 4. prior & posterior, in qvâ Pontifex aperte patetur: *Nondum esse à Rom. Eccles. vel Apostoliā sede decisum:* sed & contra conf. Cajet. Barleta, & Tractatus noster de Tutissimâ Religione.

19. Liberum arbitrium in homine integro verè fuit & excellenter liberum: in corrupto, qvâ *moralia debilitatum & langvidum*, liberum tamen: qvâ *spiritualia*, nec liberum nec servum, nec magnum, nec parvum: sed *planè morium est & nullum*, nec, nisi accedente *Spirituali unicè operantis gratiæ auxilio*, vivificandum, *sine ullâ cooperatione objecti liberandi*. Habenda adeò in qvæstione de Libertate Voluntatis est objectorum ratio, neqve in horum abstractione definiendum liberum arbitrium ex Scripturis in homine lapsō, cuius ut corrupti libertas specie differt à libertate renati, cum qvoad specificationem, tūm qvoad exercitium, idq; tām electio- nis, qvām executionis. Errant e. i. veteres Pelag. & cum illis Scholastici, Synergistæ, qui partim *plenissimum homini ψυχικῶν spiritualibus*

ritualibus tribuant arbitrium; partim liberum agendi spiritualiter principium; partim remoram & indirectam ex naturali libero arbitrio dispositionem & meritum justificandi congruum: partim aliqualem naturae excusatam ex suis viribus cum gratia synergismum. vid. de Pel. August. de Scholast. Lud. Mol. Conc. L. A. cum G. disp. 19. qv. 14. art. 13. Vasq. disp. 3. in l. Th. c. 10. Bell. l. 5. de just. c. 13. qvi licet: hominem posse diligere DEUM ex puris naturalibus, errorem fuisse dicat paucorum Scholasticorum, nec toti Ecclesiae Catholicæ impunitandum, ipsius tamen, dum Iesum saltem statuit: non mortuum arbitrium, & possibilem, per vires naturae reparatae, legis impletionem, non sine Semipelagianismi errore fuisse, probabile est. Rom. 6. v. 20. 1. Cor. 7, 36. 37.

20. Salvis peccatorum gradibus, omne peccatum, non illud saltem, qvod ab hominibus illuminatis, & interno Spiritus S. testimonio convictis, blasphemando committitur in Spiritum Sanctum, cui soli speciei DEUS superabundantia conversionis media denegavit: sed & omne actuale, tam regnans (sive in irregenitis quiete: sive in regenitis cum reluctance, sed quam vincit appetitus) quam non regnans, (etsi hoc resp. existentiae & ex conditione subjecti est veniale) suâ naturâ est mortale: nullum per se veniale: & peccatum quatenus abstrahit à mortali & veniali habet se non æqvivocè: sed univocè: ut tamen Vindicta ex passione animi, convictionem ex irâ, desiderium uxoris proximi, subphantasiâ propriæ: actiones foedæ sub spe sanitatis suscepæ, cœteraque hujus generis, nec sunt venialia in sensu papistico: nec in orthodoxo: sed revera, etiam in renatis, mortalia. Errant e. Pontif. docentes: esse peccata absolute ex naturâ suâ non mortalia: sed vel ex genere suo, vel ex operis imperfectione, ex subreptione, ex operis parvitate venialia, qua DEUM quidem offendunt, neque tamen reatum mortis aeternæ efficiant. vid. Bell. l. 1. c. 3. 8. 9. II. d. P. S. & l. I.

& l. i. de purgat. c. ii. de Val. Tom. 2. disp. 6. qvæst. 8. Beccan. sum. Theol. part. 2. tr. 2. c. 2. [Luc. 6, 41. Marc. 3, 29, 30. Heb. 6. v. 4, 5. 2. Tim. 2, 26. Eph. 4, 18. Rom. 6, 12. 14. Gal. 5, 19, 20.]

21. Concupiscentiam s. *πριδομίας*, non saltem *τύπων τηλεσού*  
 & *τύπων θυλλασσόν*; sed & *τύπων εξέλιγοντος δελεᾶς* s. corrup-  
 tionem illam *naturæ & rebellionem*, qvalis remanet in homini-  
 bus etiam renatis, esse peccatum (verè & propriè) D. Paulus  
 manifestè affirmat: *Pontifex & Concil. Trid. tib 5. de cr. 5.* pec-  
 catum propriè esse negant. Neqve verò obstat diverso  
 respectu concupiscentiam esse causam peccati, pœnam ac  
 effectum peccati, & ipsum peccatum. Conf. qvoqve F. C.  
 p. 57. 58. qvæ eadem prudentè monet, illa axiomata: *pro-  
 priè passiones nec boni nec mali sumus, nec laudamur, nec vituperamur:  
 nihil est peccatum, nisi voluntarium: naturam non esse malum, in cir-  
 culo Philosophico non esse reprehendenda: sed neqvaquam ad  
 extenuandum peccatum originis esse detorqvenda.* Rom. c. 7, 7.  
 14. 18. Gal. 5, 17. Jacob. 1, 14. 15.

22. Licet objectum providentia sunt omnes res creatæ  
 etiam minimæ, earumq; motus qvalecunque, malas tamen  
 actiones & motus, D E U S, et si præscit (objecta qvippe præ-  
 scientiæ sunt omnia eventura non saltem contingentia: sed  
 & contingibilia & propter decretum divinum de impedien-  
 do non eventura) nullo genere causarum producit, neqve  
 qvoad peccati materiale, qvæ peccatum est (& ubi ab actio-  
 num materiâ proxumâ aliquando vitiositas est inseparabili-  
 lis) neqve qvoad formale: sed peccatum extremè odit, pro-  
 hibet, &, quantum ratione Oeconomia & providentia te-  
 netur, impedit, neqve qvod ad justam gratiæ divinæ sive su-  
 pensionem sive subtractionem homo ex instigatione Dia-  
 boli & spontaneo motu peccat, in peccato pergit & indura-  
 tur, D E U M facit Autorem peccati, ut adeò in universum

Non DEUS: sed Diabolus & perversa homini*s* Voluntas Autor sit  
 peccati: aliud qvi docent, & DE U M sive directe sive indirecte  
 peccati causam faciunt, clarissimis Scripturæ (qva in impiis  
 ipsisq; Diabolis D E O nullam tribuit specialem operatio-  
 nem à qvâ denominetur actio vitiosa: sed saltem genera-  
 lem sustentationem & conservationem virium naturæ &  
 potentiarum animi, ut e. c. *homo possit concupiscere*, unum præ al-  
 tero eligere: Cœterum non ab hâc: sed ab operatione concreta de-  
 dum denominatur actio vitiosa e. c. *Concupiscentia carnis, passio-*  
*nones carnis*) dictis non sine criminè l*æsæ* sandissimæ majestatis di-  
 vinæ contradicunt: qvam blasphemiam, ipsis Manichais, qvi  
 propterea duo statuebant principia coæterna, horrendam, doctrinæ  
*Calvinianorum, supralapsariorum* maximè, undè id *πλυνερῶς bona*  
*consequentiâ deducitur*, majori jure impingimus, qvam illi in  
*conditionatâ electione* juxta decretum salvandi per fidem, nobis  
*Pelagianismum.* Licet autem ex dogmate Calviniano, quo  
 dicitur: *D E U M præcisè intendere peccatum creature, inde sic ad-*  
*ministrare omnia, ut posita illâ administratione homo necessariò peccet,* &  
*non possit ipso actu & reipsâ peccatum omittere*, seqvi blasphemum  
 illud dogma, jamdudum recte monuerit Arminius, tamen  
 nec ipse probandus, qvi *Creaturæ sive non malæ sive non omnino*  
*in malo obduratae, per providentiam, ab ipso D E O objici* statuit argu-  
 menta quædam & occasiones, quæ incitamenta sint ad aëlum criminalem  
 eti liberè patrandum, quem extra illa irritamenta, creatura patratura  
 non fuisset, adeò uti Eva ab eū vetiti fructus abstineret volenti, qvia pec-  
 cato junctus erat, DEUS ipse objecerit argumentum fuationis & irrita-  
 menta manductionis, eti ex scopo serpentis illud irritamentum fuerit  
 ad peccandum, à D E O autem ad obedientiam Eva alias obscuram ex-  
 plorandum. Vid. ille resp. ad Artic. Qvi de cœtero etiam ex  
 nostris hîc fuerunt *ὅμοια Φεούντες*: at *αὐτόμοια λαλῶντες*, tutis-  
 simè abstinent à phrasí quæ ut plurimum errorum hominibus sug-  
 gerunt, G

rit, & in quam naturalis conceperis non nisi cum aliquâ blasphemie & influxus causalis opinione cadit, maximè cum apud ipsos Philosophos causa per accidens nondum communi aliquâ notione sit definita: ut adeò tollatur vocabulare scandalum & bellum. In dogmatibus de causâ peccati, de præscientiâ &c. caue discernendam esse doctrinam Philosophicam ab Evangelicâ, graviter monitum à Chemnitio in L.C. De distinct. inter DEUM Calvini & Calvinistarum conf. Act. Coll. Svvalb. collatione 2. p. 27. [Matt. 6, 30. c. 10, 29. Act. 27, 24. 31. Es. 43, 2. Jon. 2, 1. Psal. 5, 5. Deut. 32, 4, 5. Sach. 8, 7. Is. 6, 9, 10. 2. Cor. 4, 4. Actor. 5, 3. 4. Jos. 24, 15.]

## DE MEDIATORE JESU CHRISTO.

23. Christus, verus, nec *ἴξοια* saltem, *velut in cælis An-*  
*geli, in terris Iudices:* sed & internâ *ἴξια* & naturâ DEUS est  
ex Patre ab æterno verè proprièq; genitus, Patri ac Spiritui S. secundùm divinitatem *ἴμοςτος*: & verus homo ex matre Mariâ benedictâ virginē (per conceptionem de Spiritu S. qvæ fuit admiranda productio naturæ humanæ sanctæ ex substantiâ Virginis, non generatio ex substantia Spiritus S.) genitus, nobis secundùm humanitatem semper consubstantialis, Salvator & Redemptor totius generis humani. Execranda adeò est hæresis 1. *ἐνεργοῖσιν* veterum Arianorum negantium Christum Patri *ἴμοςτον*, eundemq; naturâ DEUM, æternum, & ab æterno à Patre genitum, ita tamen, uti extitisse statuerint ante omnes creaturas, et si per creationem, & ita fuerit aliquod rūm in quo fuerit Pater ante Filium: cum qvâ qvoad quadruplicem superiorem negativam convenit. 2. Hæresis *ἀρνητῶν*, s. veterum & novorum Photinianorum, qui ita negant Christum Patri *ἴμοςτον*, naturâ DEUM, æternum & ab

& ab aeterno genitum, uti simul omnem existentiam filii DEI ante  
 nativitatem ex virgine, adeoq; personæ τοῦ Ιόντος incarnationem bla-  
 sphemè negent: nec filium DEI dici patent ob aeternam à Patre ge-  
 nerationem, verum i. ob conceptionis & nativitatis Christi ex Virgine  
 per illum mirabilem Proximatu[m] Luc. I, 35. singularissimam ex-  
 cellentiam. 2. Ob sanctificationis Joh. 10, 36. eminentiam.  
 3. Ob resurrectionem miraculosam Act. 13, 33. 4. Ob æqvalem im-  
 mortalitatis, & Domini in tempore dati εξστάσεω, adeoq; DEUM  
 esse officio (quod illi vocant, propriè) titulo, externâ χρέος: naturâ  
 autem φύσεω αὐθεων. Conf. Catech. Racov. c. 1. de pers. Chr.  
 p. 55. 57. 59. & seqq. Ostorod. Instit. c. 6. p. 39. & seqq. ac de  
 mysterio incarnationis c. 17. p. 96. Faust. Socin. tr. de DEO,  
 Christo & Spir. S. p. 3. 7. id. animadv. Coll. Posn. p. 41. 52. 53.  
 55. 89. Id. lib. Qvod regni Pol. c. 4. n. 2. p. 34. 36. 37. 38. 39. 41.  
 Smalc. contra Ravensp. p. 48. & seqq. Id. ref. thes. de Trin.  
 p. II. & ref. thes. Gravv. de Incarnat. Filii DEI p. 5. Id. in c. I.  
 Johannis p. 9. Colloq. Claudiopol. Act. 3. diei, Errant 3. Mar-  
 cionistæ, Manichæi, Weigeliani & veram eiusdem & nobis con-  
 substantiam humanitatem negantes: 4. Sociniani Christo exaltato  
 aliud cœlestis, spirituale & immortale, naturâq; diversum corpus tribuen-  
 tes, & nec à conceptione, nec à resurrectione: sed ab ascensione  
 dum immortalitatem naturalem & glorificationem Corporis Dominicæ  
 deducentes vid. Catech. Racov. de off. Chr. regio p. 318. 319.  
 Faustus Socin. I. Q. R. P. c. 5. n. 10. sed & partim falsas partim  
 imperfectas rationes Salvatoris & Redemptoris afferentes, e. c.  
 quod primus annunciatuerit nobis DEI benignitatem aeternam & fideli-  
 tatem, quod multis modis nobis viam ad vitam aeternam confirmaverit,  
 quod ex plenitudine potestatis nobis vitam aeternam daturus sit. Vid.  
 Socin. conf. Franc. disp. sacrif. 18. §. 100. Errarunt (jam ante)  
 Ariani simplicitè omnem animam, & 6. Apollinari-  
 stæ Sec. 4. nonnisi animam rationalem humanæ Christi na-  
 turæ

turæ denegantes, de cœtero Christo Κάρκα ἐμβούζαμόλεως & ψυχλῷ τεττάλῳ concedentes, neqväqam autem τοιχλῷ, pro qvā divina in Christo natura fuerit: Errarunt 7. Monothelite Sec. 7. humanam in Christo voluntatem Γενίνγεω appellantes, & unam in Christo voluntatem θέλησιν καὶ ἑρε-γειας, unamq; adeò naturam statuentes vid. Act. 6. Synod. Oec. s. 3. Constantinop. unde Canones Trullani. [I. Joh. 5. v. 21. Rom. 9, 5. Joh. 1, 1. ad 14. Jerem. 33, 15. Psal. 2, 7. Joh. 10. v. 29. 30. Ebr. 2, 14. Luc. 2, 10.]

24. Unio duarum naturarum in Christo non sine realisimā naturarum earundemq; proprietatum (qvæ in tempore citra contradictionem & repugnatiā incarnationis factæ in plenitudine temporis immediate communicari potuerunt) communicatione & participatione (cujus tām veræ, qvām verē pueri participant de carne & sanguine, rectè tria flatuuntur genera sc. 1. idomινήσεως s. participationis totius suppositi ab utrāvis naturā nominati de proprietatibus alterutrius naturæ. 2. μετάδοσεως s. participationis irreciproca qvā natura humana, unā cum hypostasi DEI filii prærogativam Majestatis increatae & veræ divinæ per unionem personalem accepit, qvam in statu exinanitionis per voluntarium obicem detinuit, in statu autem glorificationis & θεοπλόωσεως s. superexaltationis plenē exeruit. 3. Κοντομηνήσεως s. officialis participationis totius suppositi de concursu operationum utriusqve naturæ in officio redemtionis & exercitio aetionum tām immanentium, qvām emanantium) absqve ullā tamen Eutychianā sive mixtione sive essentiali mutatione, & adeò αὐλαστίως & qvē, ac ασυγχύτως s. inseparabilitē, inconfusē & & qvē indissolubilitē facta est. Errarunt adeò hic ab unā parte, naturarum sc. communionis, post veteres Cerinthianos contendentes τὸν Ιησόν τὸν χριστὸν, neqve hunc: sed illum

illum passum (vid. Epiph. hæref. 30.) & Theodor. Mopsuestæ Episcop. (etsi post mortem demum revelatum hæreticum) Nestoriani à Nestorio Episc. Constant. Sec. 5. hæresiarchâ damnato in Concilio Ephes. Oecum. 3. (etsi per Anastasium Presbyterum in sermone ad populum hâc voce usum: Θεοτόκη τὸ μαργαρίτων μηδὲν, hæresis primò publicata) sic dicti, veram ipsius DEI de Virgine Mariâ nativitatem (Christiparam sc. Mariam concessit: at DEIpam negavit) & exinanitionis, passionis, crucifixionis realem de D E O D E I q; Filio prædicationem, & adeò naturarum τελείωσιν ac αὐλαρ-  
σιούς & cum hâc D E I Filii incarnationem, & personalem unionem negantes, & παρεξιστον vel ἐνώπιον saltem παρεξιστον naturarum, ac duos adeò Christos unum Deum, alterum ex Matre generatum, Διμονάον καὶ γελασίτορες Οντήτα qvem se adoraturum negavit Nestorius, affirmantes vid. Cyrill. lib. de fide & acta Concil. Ephes. action. i. Vincent. Lirin. comm. c. 17. vid. 12. capitula s. anathematismi Cyrill. 2. Calviniani unionem personalem per nudam naturæ humanæ sustentationem describentes, realem τιθωμάτων καὶ αὐχημάτων communicationem, qvam nos in primo conceptionis momento, salvo tamen τοῦ κενώνως s. evacuationis realis, & intimæ abdicationis s. retracti à carne omnipræsentis & plenarii regiminis, qvoad regnum præsertim potentia, mysterio, credimus, negantes, & adeò, humanitati Christi, omnipræsentia, omniscientia, omnipotencia, maiestatem, qvam in statu etiam exinanitionis habuit ratione primi, & quando voluit, ratione secundi actus, nunquam exuendam, detrahentes. Imò verè & propriè ac sine tropo: D E U M esse hominem, D E U M natum de Virgine, passum, crucifixum, negantes. Hæc propositio: *Verbum Caro factum est, minimè καὶ τὸ πνὸν intelligenda: sed ad eorum bñ confugiendum.* Si quis enim secundum literam intelligat & ei pertinaciter in hæreat, sum in hæresin incidere, Christi Deutatem negare, at quæ mutationem

mutationem passa & in humanam naturam conversa he, ajunt Compilatores Orthod. Consens. vid. et. refut. præf. Apol. p. 18. Neque naturarum neque proprietatum essentialium ulla est communio. Beza qv. & resp. In Christo sic sunt unitæ dua naturæ ut sine unum i. e. ut gestetur humana natura à Iesu sic ut sint inseparabiles naturæ & ut natura humana redigeretur in similitudinem nisi sic gestaretur Catech. Wit. f. 176. Cum dicteur duas naturas divinam & humanam in Christo esse personaliter unitas, figurata est locutio. Nam non propriæ natura: sed persona s. subsistente Verbi assumpti fibi quæ unitæ naturam humanam Polan. Synt. l. 6. c. 18. Conf. etiam Beza resp. ad acta p. 119. Deitas Verbi assumpti naturam humanam propositio est ambigua, quia Veritas dicit ipsam naturam s. essentiam Verbi. Idem p. 47. Quæ propria sunt Deitatis de humanitate non dicuntur, ut nec viuissim quæ sunt humanitatis propria de Deitate. Idem p. 85. Nihil verè potest de humanitate nisi quod vel ipsa est essentialiter vel accidentaliter & subjectivè. Id. p. 128. Christus per humanitatem nullo modo novit cogitationes hominum nudas, quod est filius DEI proprium: sed & ipse iūm sua humanitati iūm per hanc Auditoribus, quod ipsi libuit, quatenus & quando voluit, parefecit. Christum per humanitatem suam non ex revelatione: sed ex ipsa divina omnisciencia communicatione scivisse Nathanaelem sub sicu negat Beza Act. Coll. Momp. & Orationem Christi ad Nathanaelem Joh. i. 48. Ego vidi te sub sicu, ita resolvit: Divinitas mea vidi te sub sicu p. 237. Si prædicarum in ejusmodi locutionibus (Dominus gloria est crucifixus, Filius hominis loquens cum Nicodemo est in cœlo) concreta, propriæ suæ significatione accipiantur, tum dixi & dico, hanc phrasin siue hunc prædicandi modum esse verbalem non realem i. e. quod verba proprièsonant, non esse ad rem ipsam transferendum Beza præf. resp. ad acta p. 18. qui idem resp. ad acta p. 79. Communicationem proprietatum in enunciatis concretis nos verbalem vocamus, non quod verbotenus

E

vera

LENTIC

vera sit (nam contra, si servatā penitus vocū proprietate  
 DEUM de Christo tantum, ut DEO, & Filium hominis de  
 Christo ut homine intelligas falsissima & impia fuerit) sed  
 quod sit genus prædicationis s. formula loquendi. Vid. etiam  
 Combach. p. 78. 94. DEUS est passus, mortuus, eo modo dicitur, quo  
 ad tumulum Petri die: hic jaceret Petrus i.e. solum Cadaver Petri. Beza  
 Epist. 60. p. 223. Communicationem illam majestaticam commentu-  
 riū non verbalem, nedum realem: s. d. ut falsissimam, impiam & bla-  
 sphemam detestamur resp. ad Act. p. 80. Effectum omnime majestaticum  
 non est hyperphyticum: sed antiphyticum, sive subjectivè sive non sub-  
 jectivè attributum ib. p. 81. Hanc enunciationem quā DEUS dicitur  
 passus, sic interpretamur. DEUS i. e. Caro Deitati unita (notetur  
 exemplum allœoseos Zwinglianæ subjecti, quam larvam Di-  
 aboli appellat ex Lutherio F. C. p. 771.) est passa Act. Colloq.  
 Momp. p. 213, ubi cum objiceret Jacobus Andreæ hunc esse  
 ipsum Nestorianismum, respondit Beza: Ferre possumus quod  
 nobis Nestorianismus obsecratur, sed Machometismum audire non pos-  
 sumus p. 268. qui idem ponit duo ἐρεγνυται post duas energias  
 resp. ad acta p. 103. Ab alterā autem parte i. Eutychiani ab  
 Eutychē seculi 5. hæresiarchā damnato in Concilio 4. Oecum.  
 Chalced. sic dicti, docentes: in Christo unice incarnationem quidem duas  
 fuisse naturas: sed post illam saltem unam ut personam ita & naturam,  
 divinam sc. unde jam orta 2. hæresis Theopaschiarum (Mono-  
 physitarum, Schematicorum Damasceno, & à loco, Ægypti-  
 orum) ex duabus quidem naturis Christum constare concedentium,  
 at in duabus ipsum subsistere naturis, aperte inficiantium, quæ li-  
 get circa unam saltem literam, utrum EN an EN dicendum esset,  
 videretur consistere controversia, talis tamen fuit, quæ  
 totam de Christo doctrinam vel stabiliret vel everteret.  
 Consequens hæreseos fuit ipsam Divinitatem passam, mortuam,  
 crucifixam, quæ phrasis ex illius hæreseos hypothesi velut ha-  
 retica

retica rejicienda, de cōtero in orthodoxis qvibusdam piā explicatione illam emollientibus est excusanda. Benē Lutherus: *Scripura propter hypostaticam illam unionem etiam divinitati omnia illa eribuit, quæ humanitati accidunt.* *Recte igitur dicitur:* *Filius DEI patitur; eis enim una ipius pars, divinitas videlicet, non patitur, tamen ea persona, quæ DEUS est, patitur in alterā suā parte nimirum humanitate vid. F. C. p. 771.* Et p. 766. *Propter hypostaticam unionem (quæ sine verā illā communicatione naturarum nec cogitari, nec subsistere potest) non nudè & sola humana natura (cujus proprium est pati & mori) pro totius mundi peccatis est passa: sed ipse Filius DEI verè (secundūm tamen naturam humanam assumtam) passus & verè mortuus est, et si d' vina natura neque pati neque mori potest.* Sc. solam carnem humiliatam & crucifixam esse: & Christum secundūm divinam naturam passum esse, vel ipsam divinitatem passam & mortuam, sunt duo extrema prohibita, Nestorianum alterum, alterum Eutychianum: at Christum nullo modo secundūm divinitatem: sed tantum secundūm humanitatem revera tamen ipsum DEUM, totum *h̄iāv̄p̄w̄m* sese exinanivisse, crucifixum esse &c. est orthodoxum. Benē Concil. Constant. *Si Unioni non desistant am (Δέσσαν) neque DEUM scindas à carne non eris Nestorianus: si admiras discretionem naturarum, non eris Eutychianus.* Matt. 16, 16. Rom. 1, 3. Act. 20, 28. Dan. 7, 12. Col. 2, 3, 9. Joh. 5, 17. & 27. Joh. 3, 13. Eph. 1, 20. c. 4, 9, 10. 1. Cor. 2, 8. 1. Joh. 1, 1. 25. Triplex datur Christi Officium 1. Sacerdotale. 2. Regium. 3. Propheticum (cujus Prophetici officii partes Christus non est, prout olim Moses, doctus in speciali adscensu per revelationem peculiarem: sed per Unionem personalem, neque verò hoc officium in illo, ut legem Mosis augearet: sed ut gratuitam salutem doceret: neque ut Patriarchis incognitas: sed ut easdem, qvas illi acceperant, evidenter

tiore saltem vitæ æternæ promissiones revelaret) qvod  
competit Christo secundum utramque naturam. Falsum  
e. qvod Patrum nostrorum memoriâ Fr. Stancarus & cum  
illo Jesuitæ docent: secundum alterutram tantum naturam, huma-  
nam sc. Christum munus Mediatoris exequi: vel, uti subtilius errat  
Bellarm. *Principium qvod operabatur opera Mediatoris fuisse DEUM*  
*humanaum: principium quo illa opera fiebant fuisse naturam huma-*  
*nam non divinam I. s. de Chr. Med. c. i. qvi dum nostram or-*  
*thodoxiam hic Eusebiani mi & Arianisi mi (vid. Bell. I. s. de Chr.*  
*Med. c. 5.) accusat, simul fidem Catholicam in Oecum. Chalced.*  
*syn. confirmatam, qvæ credimus in actionibus & operationi-*  
*bus officii Christi ενεργείαν ἐντέλειαν Φύσην εἰς τοὺς μὲν τοὺς*  
*πιστούς πιστούς (qvæ tamen regula de officio Christi Prophetico, &*  
*Sacerdotali: sed & de actionibus miraculosis tūm ante tūm*  
*post exaltationem, imò & de officio Christi regio in regno*  
*gratiæ semper obtinens, qvoad regnum potentia & domini-*  
*um universale & incessans apud omnes creatureas, & qvoad*  
*regnum gloriæ ita explicanda est, ne tollatur discriminem statu-*  
*um) damnat. Conf. ex nostris Form. Concord. p. 773. Errant*  
*2. Sociniani ex loco Joh. 3; 13, male intellecto Christo ante mor-*  
*iem & officii Prophetici solemnem executionem, adscensum ad cœ-*  
*lum, & post moram aliquam, divinæ de docendis & agendis*  
*sibi, informationis & conversationis cum ipso D E O Patre*  
*immediato Doctore, descensum tribuentes conf. Catech.*  
*Racov. tit. de off. Christi Prophet. c. i. p. 153. Ostorod, Instit.*  
*c. 16. p. 94. 95. ipsumq; Characterem Christi Propheticum,*  
*Regalem ac Sacerdotalem confundentes, ac primum po-*  
*nentes in auxilio Legali Decalogico, & adducentio preceptorum mo-*  
*ralium & ceremonialium, ac promissionis donorum S. Spiritus & vita*  
*eternæ, qvæ nulla sit in V. T. quam revelationem confirmave-*  
*rit morte; per quam pervenerit Christus ad supremam potestatem*  
*eximendi*

eximer di nos à pœnâ peccati. Vid. Catech. Racov. de off. Chr. Propb. c. 1. 2. 3. s. 7. Socin. l. Q. R. P. c. 5. p. 66. [Ep. ad Hebr. c. 7. 8. 9. Psal. 110. 2. 3. 4. Deuter. 18. 18. Luc. 4. 18. Johan. 3. 34. Rom. 4. 23. Heb. 8. 10. 12.]

26. Pretium mortis (qvæ ex fine primario est satisfactoria, ex secundario paradigmatica, & velut ultimata æxæ totam Christi obedientiam passivam & activam non excludit: sed supponit) ac sacrificii Jesu Christi, non tantum in se, intrinsecè & ex condigno ac intentione DEI Patris Filiū tradentis & Christi seipsum in arā crucis offerentis sufficientissimum omnib⁹ hominibus redimēndis pretium fuit: sed sufficienter etiam pro omnibus & singulis peccatoribus in gratiæ statum restituendis ex gratioſo ac serio DEI Patris proposito ac decreto oblatum fuit: atque adeò criminalis & vicaria Jesu Christi satisfactio pro objecto materiali habuit omnes omnino homines, qvī unquam fuerunt, sunt & erunt, non minus Judam, Cainum, Pharaonem reprobatos: qvām Mosen, Petrum, Paulum salvatos. Errant e. i. Sociiani satisfactionis, vicariæ, plenæ, verae, & propria (cujus valor non acceptilatus vel æstimatus fuit juxta favorem DEI acceptilantis qvid pro quo X. pro C. sed juxta accuratum æquilibrium offendæ & satisfactionis, ac juxta regulam rigidæ justitiæ DEI satisfactionem exigentis, salvâ gratuitâ Mediatoris Christi constitutione, Filii unigenitiū pendio & traditione, satisfactionis vicariæ acceptatione) sacrificii item cruenti, enjus typi fuerint sacrificia V. T. actum negantes & puerilem & ridiculum errorem, dogma erroneum, seductorium, & maxime noxiū appellantes vid. Socin. lib. q. R. P. p. 66. c. 5. & Catech. Racov. p. 261. 268. Ostorodus c. 37. p. 311. 2. Calviniani satisfactionis objectum ad solos Electos contrahentes. Vid. Syn. Dordr. Acta contra Rem. part. I. p. 352. n. 8. & in jud. p. 608, 611. 613. 659.

2. Cor. 3, 14. Ef. 5, 5, 11. Coloss. c. 2, 14. 1. Tim. 2, 6. 7. Heb. 10. v. 29. Rom. 12, 15. Joh. 3, 16. 2. Cor. 5, 21. Gal. 3, 13. Rom. 5, 8.

27. Tota Persona ~~Θεοῦ~~ post sepulturam verè & realiter ad inferos descendit /eu, quod idem est, seipsum ut mortis & inferni domitorem Diabolus & damnatis Spiritibus manifestavit, potestatem inferorum evertit, omnemq; vim ac potentiam Diabolo eripuit. Atque hic fidei articulus in Seatu exaltationis primus, piè & simpliciter creditur: modus & circumstantia *specialis*, quippe imperscrutabilis, docte ignoratur. Erant e. i. Calviniani, descensum hunc ad inferos, tropicum & pñalem, non proprium & triumfalem offerendo, eundemq; ad Satum exinanitionis referendo, & vel de sepulturâ, vel de exantrâ à Christo pro peccatis hominum pñâ, vel de passionis & mortis Christi apud ipsos defunctorum efficaciâ explicando vid. Cham. Panstr. l. 5, c. 3. 2. Pontificii 1. anima Christi separata in triuno mortis hunc descensum tribuendo. 2. Illud ubi in quod descendit Christus, Physicum, subterraneum, terræ centrum regionibus distinctum offerendo. 3. Finem descensus Christi ad inferos: eductionem animarum ex Limbo, audacter & ex falsâ hypothesi definiendo vid. Bell. I. 4. de Chr. an. C. 10. II. 12. Catech. Rom. p. 86. [1. Pet. 3, 19. Coloss. c. 2, 14.]

28. Christus peracto redemitiois negotio, visibiliter & motu verè locali in celos ascendit: ad dextram majestatis elevatus invisibiliter & secundùm utramque naturam præsentē ac plenariè potenter, regnat in toto mundo: gratiōsē in Ecclesiā: gloriōsē in coelis: quām totius Christi, in mundo præsentiam, cuius principium humanitati, quā nō exi ratione juris & potestatis, est à ~~Διάβολῳ~~ carnis & personæ r̄s ῥyis unio: proximum vero, immediatum & adæquatum, ratione omnipræsentis regimis, ad dextram Patris sessio, Calviniani negantes, crassè nimis de Personalis unione, Christi ascensione & sessione ad dextram Patris philosophantur. Act. 1. ad v. 12. Eph. 1, 20, 21. Psal. 110, 2.

29. Chri-

~~Profunctio~~

29. Christus οεύθησον qui, quā & quia Mediator, ad eoq; secundūm utramque naturam unā specie & numero relata adoratione cum Patre & Spiritu S. est adorandus: ratio tamen formalis sibi quā Christus etiam, quā mediator est, adoratur, est sola divina natura ἴσχυς. Idem Christus sedens ad dextram D E I Patris, per meriti & satisfactionis in cruce semel consumatae repräsentationem, efficaciter (qui alter actus est officii sacerdotalis) & solus, ut Sacerdos, interpellat pro nobis. Errant hic 1. Sociniani *Sacrificium expiatorium in cruce, non nisi metonymice & impropiè factum esse: in cælis autem ad dextram Patris propriè consumari & fieri*, necque verò per actum Satisfactoris & repräsentatā satisfactione, *Intercessoris*. sed *super premi Vindictis suorum ex potestate quam per mortem sibi acquisivit, asserendo, atque adeo utrumque actum officii Sacerdotalis & Mediatoris abnegando*, universum autem illud exercitium officii sacerdotalis, quod vero substituunt, *demum in cælo post Ascensionem ponendo* vid. Catech. Racov. de Off. Chr. Sac. p. 324. & de Off. Proph. p. 261. Socin. l. quod R. Pol. p. 66. Ostorod. Inst. c. 37. p. 325. Crell. de Satisf. p. 472, 473. sed & Christum non naturā Deum, nec nisi legatione revelandi & pangendi novi faderis, Mediatorem vel adorandum & invocandum, vel adorandum quidem: sed non necessariò invocandum (nisi secundūm quid, uti de cōtero majoris perfectionis sit recta ad ipsum Deum sine Christo accedere & preces ad eum ita dirigere, ut eadem bona rum à Christo non petamus) vel nec adorandum, nec invocandum esse vid. sup. Errant 2. Scholastici, & Remonstrantes Christo Mediatori partim secundūm divinitatem Latriam: secundūm human. Duliam s. inferiorem adorationem largiendo: partim, unum saltē eumq; temporealem adorationis cultum, cūndemq; non per gratiam unionis personalis: sed aliunde & gratiore Christo homini quā Mediatori collatum, tribuendo. Nobis ~~reconvenimus~~  
*Contra apud Θεόν την Κατέπληξην την Κατέπληξην θεού λόγῳ μιᾶς*  
~~reconvenimus~~,

~~deorum vestrum~~, qvæ fides fuit & est & erit Catholica. Philip. 2, 9.  
Heb. 1, 6. Heb. 9, 12. Eph. 5, 2. & ult.

## DE PRÆDESTINATIONE ET PERSEVERANTIA SANCTORUM.

30. Post lapsum & miseriam generis humani in æternitate à DEO prævisam, & destinatum per viscera misericordiæ Mediatorem (neqve enim salvâ justitiâ & veritate, meritum supplicium generi humano condonari poterat) unigenitum Filium Iesum Christum, juxta consilium, propositum & beneplacitum divinum de omnibus omnino hominibus per Christum redimendis & ad salutarem Redemptoris fruitionem vocandis, solis autem, non petulantè rejecturis gratiam vocationis, iustificationis, sanctificationis & perseverantiae à DEO in tempore ipsis offerendam s. solis perseverantè in Christum credituris salvandis, & juxta prænotionem divinam per oblatam gratiam crediturorum & in illâ gratiâ perseveraturorum, velut juxta normam facta est elecțio (cujus oppositum est, nec positivè nec negativè absolta: sed hypothetica, finaliter incredulorum reprobatio) atqve illi circa æternam Prædestinationem intellectionis & volitionis divinæ actus, ut in se sint simplicissimi, tamen ratione objectorum sunt distincti & per instantia ordinata in Evangelio, distingvendi. Ephes. 1. ad v. 15. Rom. c. 8, 28, 29. Ebr. 2, 15, 16.

§. 2. Soli ergo homines (non Angeli) neqve verò considerati velut creandi vel jam creati in statu ante lapsum positi: sed ut in statu post lapsum, redemti, vocati, justificati, sanctificati, & à DEO ab æterno prævisi, velut virtute Spiritus S.

S.3. DEUS antecedente: sed ordinatâ voluntate se-  
riò ex immensâ misericordiâ vult omnes homines salvos  
fieri, ordinavit ut Christus propitiatio fieret pro peccatis to-  
tius mundi, curavit annunciarî Evangelium universo homi-  
num generi: qvoscunqve vocat intentione & executione  
voluntatis divinæ antecedentis, non saltem vocatione pro-  
priè & univocè sic dictâ: sed etiam vocatione illâ communî  
(tùm objective, tùm effectivè: in qvâ qvæ est suscitatio fit  
per influxum gratiosum merito Jesu Christi partum) serio  
vocat, & cum intentione directâ perductionis ad Ecclesiam  
& vitam æternam, sine sanctâ simulatione, & duplice, arcanâ  
beneplaciti, & revelatâ signi voluntate: & media ad con-  
versionem & salutem necessaria & sufficientia, sed & effica-  
cia, salvâ tamen dispensatione liberrimâ, etiam illis qvî pro-

F

pter

pter resistentiam morosam & contumacem repugnantiam  
(resistentia enim naturalis quæ est impossibilitas veniendi  
sine tractione, universalis est) non convertuntur, & propter  
incredulitatem damnantur, donat, ut tamen illa non resi-  
stantia s. excusio gratiæ etiam qvoad actum i. non sit passiva  
capacitas subjecti naturalis: sed effectus universalis gratiæ,  
neqvaqvam autem causa meritoria vel ullo modo efficiens  
prædestinationis, vel saltem augmenti gratiæ, quæ qvod au-  
getur non resistenti affectatè s. non reluctantí malitiosè,  
illud est ex benevolâ DEI promissione & circumscripto con-  
versionis ordine. i. Tim. 2, 4. §. 2. Petr. 3, 9. Ez. 33, 11. Rom.  
10, v. 18. *Aitque adeò*

§. 4. Decretum de cuiusq; hominis tūm salute, tum  
exitio, non est finis absolutè intenti, nec mediorum irresis-  
tibiliter operantium: nec præcedit creationem & lapsum  
prævisum: nec antecedit Mediatorem Jesum Christum, di-  
vino decreto s. ἐν ἀριστούσῃ βελῃ τῇ πεντάτῃ in victimam  
pro peccatis mundi offerendam, prædestinatum: sed eun-  
dem ut nos. eligentem, ut electionis inductivum & funda-  
mentum, ut per fidem eligendis applicandum, atqve adeò  
non tantum ut Electionis Executorem: sed & ut Antecesso-  
rem, & in illo, totum mediorum salutis ordinem Evangelii-  
cum antecedenter includit: 2. Thessal. 2, 13. 14. Luc. 7, 30.  
Act. 7, 51. *Unde*

§. 5. Particularitas electionis, quæ utrinque conceditur  
fundatur in fide & hominum incredulitate, juxta illa axio-  
mata: *Omnes & soli in Christum credentes ad vitam aeternam sunt ele-  
cti: Omnes & soli non credentes, non sunt electi;* sed *ad mortem aeternam reprobati.* Joh. 3, 16. 17. c. 6, 40.

§. 6. Erravit e. superiori seculo Huberius, universalem  
electionem contra expressa Christi verba: *Pauci sunt electi,*  
*afferendo,*

afferendo, inā hīc distinctionē inter ēnātūrā & ēnātēlēgūrā  
turbando, & propositum illud D E I, qvod electionis regulam di-  
ximus, prayē explicando. Matth. 20, 16.

§. 7. Sed vel maximē hīc horrendum est dogma Cal-  
vinianorum, à barbarismo tum dogmatis, tum vocis, supra-  
lapsariorum i. prædestinationis abstracta ab illis, qvas falsò po-  
nunt sp̄ciebus, formam in absoluta præordinatione ad fines  
supernaturales, statumq; aeternum, & eò pertinentia media,  
decreto prædestinationis exeqvendo ordinata: Objectum ejus,  
singulares qvasdam ex creaturis rationalibus indefinitè præ-  
scitas: adūm, supra lapsum & creationem, velut media ex-  
ecutionis decreti, ponendo: D E U M, tūm ex jure ~~adūm~~  
~~peccati~~ & absoluto dominii, tūm ex subordinato & (ad  
peccatum) reflexo, judicii, qvosdam ad incredulitatem &  
peccata tanq; media damnationis prædestinasse &, ut,  
vel qvā creaturæ, vel qvā vitiosæ factæ, condemnarentur  
creavisse (tacemus alias blasphemias partim evidentes, par-  
tim vi dogmatis consequentes) dicendo: Cunctos mortales, ait  
Calv. l. 3. Inst. c. 23. §. 7. in unius hominis personā morii mancipa-  
tōs fuisse, Scriptura clamat: hoc, cum natura adscribi nequeat, ab ad-  
mirabili D E I consilio profectum esse, minimè obscurum est: decreum  
quidem horribile fateor: inficiari tamen nemo poterit, qvin præciverit  
D E U S, quem exicium habiturus esset homo, anteq; ipsum condere,  
& ideo præciverit, qvia decreto suo sic ordinarat: vid. id. c. 21. §. 5.  
c. 23. §. 1. Bez. in Ep. ad Rom. c. 9. 13. vid Cham. Panstr. Ep. de p. ad.  
l. 8. c. 1. §. 1. 2. 3. 13. Syllab. test. in Ad. Dordr. Remonstr. à p. 25.  
ad p. 47.

do. §. 8. A qvo impio & blasphemō dogmate, non nisi illā,  
qvā ipso infralapsariorum nomine exprimitur, objecti præde-  
stin, infra lapsum positi, hypothesi, absunt qvidam nostri  
seculi, post Dordracenam Synodum, Calviniani, ex impio  
absolu-

absolutissimæ gratiæ, electionis & reprobationis, supposito,  
 qvod Cor Ecclesiæ & Palladium vocant in act. Dordr. contra Rem.  
 p. 212. & cum superioribus commune habent, Φιλαθεω-  
 πίας DEI Patris, & meritum Christi particulare, incerti-  
 tudinem salutis, gratiam irresistibiliter determinantem,  
 absconditam & duplicem DEI voluntatem, deducentes:  
 DEUM, primum & summum incredulitatis Autorem, &  
 tūm, qvatenus absolutè sine peccati punitione eligit: tūm,  
 qvatenus absolutè qyosdam præteritos, propter inevitabi-  
 lium, ex hypothesi absolutæ reprobationis, mediorum con-  
 seqventiam, à salute æternâ excludit, *injustum*: tūm qvatenus  
 per invidam *Synecdochen* plenissima consolationis oracula de  
 generali DEI erga totum genus humanum dilectione, de  
 intensivè & extensivè perfectissimo Christi merito, de uni-  
 versalibus Evangelii per totum terrarum orbem prædicati  
 promissionibus, ad solos absolutè electos restringit, *immiseris-*  
*cordem*: &, qvatenus per *Ironiam*, inter volunt. signi & bene-  
 placiti, item humanit. & divinitatis logicè contrarias, hie  
 distingvit, & DEUM reprobis, externis saltem verbis, grati-  
 am, justitiam & vitam æternam juratò etiam offerentem: &  
 tamen interno odio absolutè illis denegantem singit, perju-  
 rum *hypocritam*, non sine crimine læsæ sanctissimæ majestatis  
 divinæ, *vi dogmati* constituentes: qvod proinde absolutæ Ele-  
 ctionis & reprobationis dogma, DEI sanctitatem, Evangelii  
 & Sacram, efficacitatem multis modis profanans, & vel ad  
 carnalem securitatem, vel incertitudine suâ ad desperatio-  
 nem adicens, execramur, nec, qvi deceptionum fontes, no-  
 dos latentes, & ignes *suppositos cineri doloso* contemplamur, ob  
 qvædam propiora orthodoxiæ simulacula & coturnos, volun-  
 tatem signi & beneplaciti, propriam Calvinianis, arguentes,  
 Dordracenis & recentioribus gratulamur.

§. 9. Ne-

§. 9. Neque enim, qui hominem ut lapsum, aliquo modo ponit objectum prædestinationis, statim desinit esse Supralapsarius, nec, qui corruptionem internam ponit propinquam causam reprobationis, excludit primam absolutam. Sic enim ipsi Calvinus, qui horridus fuit supralapsarius, gratulandum esset: *In corruptâ, inquit, porius humani generis naturâ evidenter damnationis causam, quæ nobis propinquior est, contemplernur, quam absconditam & incomprehensibilem penitus inquiramus in DEI prædestinatione.* Neque immensæ DEI sapientia submittere bucus que ingenium pigrat, ut in multis ejus arcana succumbat. Idem: si nihil obstat, quo minus & prima interitus origo ab Adam cœperit, & proximam in se singuli causam inveniant, quid etiam impedit, quin arcanum DEI consilium, quo praordinatus fuerat hominis lapsus, quâ decet sobrietate, procul adoret fides nostra, & ramen quod proprius apparet, conficiat, totum humanum genus in Adæ personâ aeterna mortis reatu constrictum esse, & propere morti obnoxium: atque hæc optima & apicissima est symmetria, quâ inter se causa propinqua & remota congruum. id. in lib. de prædest. cont. Pig. & l. 3. inst. c. 23. §. 3. sic distinctio inter gratiam potensionalem, tum externam tum internam resistibilem ac non sufficientem, & actualem irresistibilem, dadurch man in der That und würcklich selig werden kan / quam absolute reprobis denegant, prædestinationis autem ordinariè & velut à nullo duro corde respunderam vendicant: conf. Berg. in Iren. Leid. in cens. conf. Remonstr. p. 240. & Thys. in script. Angl. p. 212. &c. inter Electionem ac destinationem ad salvationem, item iner Non-Electionem s. Præteritionem, quæ illis est negatio gloriae & gratiae intentionaliter efficacis vid. Acta contra Rem. Dordr. p. 501. §. 1. & destinationem ad peñam s. damnationem ( quæ, ut alius judicarius, non est absoluta: sed concedentibus adversariis, supponit præcedentem culpam, vid. p. 501. ad thes. 8. p. 506. in Judic.

p. 402. cuius ratione incredulitatem antecedentē supponunt, & illud axioma , qvod aliās jugulum petit dogmatis Calviniani, ob quam causam DEUS damnet in tempore ob eandem damnare decrevit in aeternitate. Aequo propter incredulitatem &c. Molin. l. alleg. concedunt. vid. & Pareus p. 292. 520. 542. & 543 ubi dist. inter decretum electionis universale absolutum & singulare conditionatum vid. in Jud. Prov. p. 16.) latibula habet horridi Antecessorum supralaps. dogmatis. Videatur sententia Dordracenorum in Actis contra Rem. p. 287. 291. 338. seqq. 132. in Canon. p. 341. can. 6. 7. 9. 10. 12. 15. in rei Errorum p. 346. n. 5. can. 8. de mort. Christi: Molin. p. 396. §. Electionem ex fide prævisâ nullam agnoscō p. 397. 400. 401. §. Reprobatio ex decretum, item §. causa discriminis: in jud. exter. p. 492. thes. 3. 4. & p. 493. thes. 1. p. 500. thes. 1. p. 501. 505. 517. 521. 573. in Jud. prov. p. 17. &c. ubi si excipiant, non estimandam doctrinam suam ex judiciis variantibus: sed Canonibus, confer seq. 125. p. 336. ubi, absolutâ judiciorum omnium de quinque Remonstrantium articulis præelectione, Praeses DEO egit gratias pro summo omnium Collegiorum in Dogmatibus consensu, monuitq; ue ex illis judiciis formaretur sententia synodica &c.

§. 10. Sed & clarâ voce, præviâ Scripturâ & orthodoxâ antiq. damnamus Pelagianos, Socinianos, Arminianos qui prævisis operibus, vel fidei tanquam qualitati sive virtuti nobis inhærenti, vel ut obedientiæ, uti loqui amant Sociniani & Armin. meritum aliquod ad electionem tribuunt. A quibus parum abest Papismus, quatenus prædestinationem non quidem primæ gratiæ: sed gloriæ, prævisis meritis de condigno, non quidem liberi arbitrij: sed gratiæ (uti sentiunt Began. & de Valent.) tribuit, pelagianizans: at quâ 1. hypothesin determinationis universalis per ablatam quo ad usum potentia naturalis indifferentiam futurorum contingentium, scilicet ex naturâ suâ merè possibilium,

sibilium. 2. *Gratiæ irrefribilis*, quod Prædestinatianorum do-  
gma post Scotum defendunt Dominicani, Bajani, Janenistæ (vid.  
Janen. *Augustinus & Catech* grat. à qvibus ex hypothesi determinari  
præelectionem voluntatis ab ultimo judicio intellectus practici, & naturæ  
Electorum sic in utero conditæ ut non possit non consentire vocationi, item:  
non rejici gratiam coniugiam & efficiatem alia ac secretae vocationis à præ-  
destinatis, quia subest scientiæ media, parùm absunt Jesuitæ vid.  
Bell. 1. 1. de gr. c. 13.) sed & qvà ipsam definitionem Prædesti-  
nat. vid. Bell. l. 2. c. 9. de gr. & lib. arb. & distinctionem repro-  
bationis in *Negativam absolutam & Positivam* conditionatam  
vid. idem Bell. (cum qvo etiam hic facit Svar.) l. 2. c. 16. Cal-  
vinizans: nec facilè ullibi major est Theol. Papist. incerti-  
tudo, & plures inanum distinctionum Mæandri.

## DE PRÆDESTINATIONIS EXE- CUTIONE, PER VOCATIONEM, JUSTIFICATIONEM, GLO- RIFICATIONEM.

31. Qvos DEUS præscivit, hos etiam prædestinavit;  
qvos prædestinavit, hos etiam vocavit, qvos vocavit, hos  
etiam justificavit, qvos justificavit, hos etiam glorificavit.  
Effectus adeò prædestinationis sunt partim communes aliis  
causis & subjectis, e. c. vocatio, justificatio, sanctificatio, qui-  
dam proprii, ut finalis perseverantiae & vitæ æternæ donum,  
etsi voluntate antecedente & qvoad benevolum affectum  
DEI omnibus creditibus destinatum. Vocatio autem fit  
per Spiritum 1. טבש. 2. בער, i. e. 1. per Spiritum judicij  
redarguentem mundum de peccato incredulitatis, de judi-  
cio, de justitiâ s. per prædicationem pœnitentia, & 2. per Spi-  
ritum justificationis s. prædicationem remissionis peccato-  
rum

rum inter omnes gentes. Agendum ergò hīc 1. de Pœnitentiā , in qvâ ad conversionem hominis salutarem & in ipsâ adeò praxi Christianâ ex intentione D E I & naturâ inditâ, etsi diversimodè , & successivè , concurrit L .x & Evangelium, qvippe cuius utriusq; doctrina, versatur qvidem circa peccatum , at illa ostendendo, exaggerando, accusando, damnando: hoc autem justitiam, qvæ valet coram DEO, revelando, remittendo, tegendo, & monstrando agnum D E I qui tollit peccata mundi. Vera autem Pœnitentia duabus absolvitur partibus, *Contritione* (qvæ non est actus, ab homine elicitus: sed passio per legis prædicationem excitata, neqve adeò remissionis peccatorum causa) *ac fide*: hanc fidem sequitur nova obedientia: sed qvæ exqvisitè loquendo, nec materia est, nec forma: sed effectus consequens & fructus pœnitentiae. Errant 1. *Pontifici* impiè fidem ex pœnitentiæ circulo excludentes: confessionem oris & satisfactionem operis surrogantes, (ubi, quantum à veteri Ecclesiâ abierit ho dierna Papistica vide *Cassandr.* Inst. p. 87. & *M. de Dominus* 1. 5. de rep. Eccles. c. 8. §. 3.) Errant 2. *Sociniani*, ex malè applicato formalī ~~et uectivo~~, qvod ponunt mutationem mentis, solam novam obedientiam pro formâ & essentiâ pœnitentiæ constituentes, eximpiâ de peccato originis hypothesi *contritionem* enervantes, & fidem pro extraessentiali & consequenti pœnitentiæ: neqvaquam autem pro essentiali parte agnoscentes. Errant 3. *Antinomi* renovationem & novitatem in hac vitâ in renatis esse perfectam, & legem moralem velut omnimodè abrogatam ex Ecclesiâ explodendam, statuentes, Ebr. 6, 4. 5. Rom. 8, 30. Joh. 10, 28. Phil. 1, 6. Jes. 4, 3. Luc. 24, 47. Marc. 1, 15. Luc. 3, 8. Rom. 7, 5. 6. 8. 13. Rom. 1, 16. 32. Lapsis post baptismum, si seriò convertantur contingere potest remissio peccatorum qvocunqve tempore, & Ecclesia

Ecclesia talibus absolutionem impertiri debet. Errant e. i.  
*Anabapt. Calviniani*, amissibilitatem gratiæ, fidei, Justif. &  
 Spir. S. in renatis negantes. 2. *Novatiani, Catari & Sociniani*  
 Apostatis post baptismum, vel post agnitam veritatem Evan-  
 gelicam peccati habitum contrahentibus, poenitentiam &  
 gratiam denegantes. 2. Cor. 2,7. Gal. 3,1. c. 4, 14. 19.

33. Confessio, ut sic & generaliter D E O facta est ne-  
 cessaria: privata, qvalis in nostris Ecclesiis obtinet, multis de  
 causis, & in primis ob specialem gratiæ applicationem est re-  
 tinenda: enumeratio autem omnium peccatorum morta-  
 lium & circumstantiarum, velut est impossibilis, ita nec est  
 necessaria, multò minus jure divino mandata & meritoria.  
 Sublatâ ergo rigorosâ illâ & particulari delictorum enumera-  
 ratione (non autem peccatorum enormium, qvæ Confessi-  
 onarius sibi exposita revelare non debet: sed tacente DEO,  
 tacere) libere maneat illa privata absolutio. vid. Conc. Tr.  
 f. 14. c. 5. Can. 6,7,8. Bell. I. 3. de Pœn. [I. Joh. 1, 9. Prov. 28,13.  
 Matt. 3, 6. c. 9, 1. Psal. 19, 13. Psal. 90, 8.]

34. Lex moralis (qvippe reqvirens omnibus numeris  
 absolutam obedientiam subjectivam, objectivam, adjuncti-  
 vam, intensivam & extensivam) excepto solo Christo à ne-  
 mine in hâc vitâ post lapsum perfectè: multò minus abun-  
 dantè & supererogatoriè servari potest: neqve intellectus,  
 neqve voluntas, nec appetitus hominis renati hâc in vitâ ad  
 debitum perfectionis gradum pervenire. Errant e. præter  
 veteres Pelagianos I. Pontifici, legem D E I justis hominibus  
 esse possibilem, non qvidem per *solas vires liberi arbitrii* (uti Pe-  
 lagiani dicebant) sed per *auxilium gratiæ & Spiritum fidei ac chari-  
 tatis* in ipsâ justificatione, nobis infusum (cujus habitum in  
 renatis perfectum esse, imò & Viatorem supererogare posse,  
 nugantur) asserendo: vid. Syn. Trid. sess. 6, c. 11. Bell. I. 4.

G

de justif.

de justif. c. 11. Errant 2. *Weigeliani*, *Sociniani* parilem ferè possibilitatem & perfectam in hac vitâ justitiam inherentem coram DEO, affirmantes. Smalc. c. F. p. 55. & 132. Gal. 3. ad v. 21. Rom. 7, 14. 1. Cor. 13, 9.

35. Regeneratio & conversio hominis peccatoris non est naturalis potentiae: sed unicè opus divinæ, & efficaciter agentis, neque tamen *necessitanus* vel irresistibiliter determinantis gratiae, per certa media (neque enim Spiritus S. ordinariè agit *ἐν θρονίῳ τοῦ Θεοῦ*) verbum nim. quod etiam homo nondum renatus attentè audire & legere potest, & Sacra-menta (quippe per quæ Spiritus S. cui subordinatur, & ordinariè cooperatur, ritè vocatum & salvâ subordinatione officiorum Ecclesiasticorum, honoris quoque & potestatis disparitate, & officii Episcopalis accumulativi peculiaritate ex instituto Christi, communi potestate ordinis & jurisdictionis instructum *ministerium*, agit) tanquam per instrumenta, operantis, adeoq; intellectum illuminando, voluntatem movendo, trahendo, rectificando, illud sine ullâ *διώγμῳ ἐνεργείᾳ* & cooperatione objecti in cordibus hominum efficiens, ita tamen, ut post conversionem primam, arbitrium jam per gratiam prævenientem, operantem, vivificatum, atque adeò liberatum, operetur, cooperante, cujus viribus omnia maxima & minima fiunt, gratiâ. Errant 1. *Weigeliani*, *Enthusiastæ*, *Arminiani* immediatam regenerationem & internam inspirationem ac Angelicam revelationem defendantes. 2. *Prædestiniani* & *Calviniani* gratiam irresistibiliter determinant statuentes. 3. *Pelagiani*, *Masiliensi*. *Pontif. Synergistæ*, virium naturalium liberi arbitrii vel totalem, vel aliqualem *διώγμῳ ἐνεργείᾳ* in ipso conversionis instanti, idq; vel ante vel post adjutorium gratiae afferentes. Vid. Form. Conc. p. 673. 674. 677, quæ eadem quod p. 674. afferit: *quādprimum Spiritus S.*

per

*per Verbum & Sacra menta opus suum regenerationis & renovationis in nobis inchoavit, quod tunc revera per virtutem Spiritus S. cooperari possumus ac debeamus, clarius explicat p. 673. quando homo jam est conversus & illuminatus, ejusq; voluntas renovata, tunc homo vult bonum, & in posterum tantum boni & tamdiu bonum operatur, quantum & quamdiu a Spiritu DEI impellitur. Qvæ ratiō agitatio non est coactio: sed homo conversus sponte bonum operatur & p. 674. Homo jam conversus (demum) benè operatur. 4. Sociniani contra art. 14. Aug. Conf. directe sentiendo: vid. Smalc. de Ord. Eccles. [2. Cor. 3, 5. 1. Cor. 2, 14. 1. Pet. 1, 23. Tit. 3, 5. Eph. c. 2, 5. c. 4, 18. & c. 5, 14. Joh. 6, 44. Phil. c. 2, 12. 13. 1. Tim. 5. v. 17. 19. 1. Cor. 12, 28.]*

36. Justificatio hominis peccatoris coram DEO semper facta est & fit gratis, per redemptionem, qvæ est in Christo, adeoq; à parte nostri, tantum per fidem, non per opera. Errant e. 1. *Osiandristæ*, qvi essentiali DEI justitiâ in nobis habitante nos justificari assertunt. 2. *Pontificii*, qvi justificatiōnem formaliter per infusionem justitiae vel gratiæ inhærentis describunt, justificationem in 1. & 2. heterodoxe (sensu enim Jacobæo justificatio 1. qvæ fit coram DEO, imputando, & 2. qvæ fit coram mundo, & consistit in ostendendo & continuando nominari poterat) distingvunt, ad justificationem primam hominem sese disponere posse statuunt, fidei, velut primæ dispositioni, alias dispositiones, Timorem, spem, dilectionem, pœnitentiam, propositum, subjungunt, atque adeo & Fidem non solam justificare, & à charitate &c. separari posse, tradunt, omnemq; fidei hypostasin & certitudinem gratiæ tollunt: positâ enim hypothesi Papistica, qvâ præter fidem reqvirunt ad gratiam conseqvendam, illas, quas diximus, dispositiones, easdemq; intensivè & appreciativè summas, qvarum non nisi *conjecturalis* est *certitudo*, fluit

detestabile illud dogma de incertitudine gratiæ in hâc vitâ. Gravitèr & Theologicè Apol. Conf. Aug. p. 81. Si, inquit, fides accipit remissionem peccatorum proper dilectionem semper erit incerta remissio peccatorum: quia nunquam diligimus tantum, quantum debemus, immo non diligimus, nisi certò statuant corda, quod donata sit nobis remissio peccatorum. & Bell. l. i. de just. c. 12. 13. 15. l. 3. c. 3. idem l. 5. de gr. & lib. arb. Syn. Trid. sess. 6. c. 9. Errant 3. Sociniani duplîcem justificandi rationem pro diversitate foederis Vet. & N. fingentes, *Justificatum esse aliquem sub V. T. fide in Mediatorum Christum, pro anili fabulâ habentes, & justificatiōnem per observationem tūm eorum qvæ olim à fidelibus re- qvirebantur, tūm eorum, qvæ partim ad legem sunt addita, partim tanqvam nova prorsus à Christo præcepta, qvalia sint abnegatio sui ipsius, portatio crucis suæ & imitatio Christi, fieri docentes vid.* Socin. Synops. de justif. Catech. Racov. p. 170. Smalc. cont. Franc. à p. 93. [Ep. ad Rom. c. 3. & 4.]

37. Fides verè salvifica vel justificans, qvæ non nisi una nec adeò alia in V. Test. alia in N. tribus absolvitur actibus, assensu, notitiâ & fiduciâ in D E U M, per imputationem ejus quod est extra nos sc. meriti vel Sangvinis Christi absolucionem à peccatis, atqve adeò nec fides est ipsa obedientia nec consistere potest cum ignorantia & perpetua dubitatione Papisticâ. Errant 1. Sociniani fidem qvâ nunc homines sub N. T. justificantur aliam planè esse, qvâm qva Veteres sub V. foedere, docentes, utramqve tamen per obedientiam præceptorum DEI describentes. Errant 2. Pontificii fidem justificantem pro solo intellectus habitu, & ideo cum peccatis regnantiibus consistib. li accipientes & fidem justificantem sine respectu ad specialem misericordiam definientes, qvomodo Bell. l. i. de justif. c. 8. Phariseo tribuit fidem specialis benevolentiae: Publicano autem parentiam illius fiducia. Conf. Smalc. 1. sup.

I. sup. alleg. Bell. I. 1. de Amiss. gr. & st. pecc. c. 8. I. 1. de Just. c. 6. 7. 15. [Ebr. c. 11. i. 6. Rom. c. 4. II. 20. c. 8. 15. 16. 38.]

38. Omnis Christianus, uti & de fide (qva non mensuratur ex quantitate: sed veritate) & de gratia & justitia, tūm propter speciale & per evidentem conseq. ex Scripturis elicium: tum propter Spiritus S. veritatem nobis omni dubitatione remotā persuadentis, & nostro Spiritui *Συμμαρτυρεῖς*, testimonium: ita & propter divinarum promissionum sapientiarum, juramento ipsius DEI stabilitarum, Sacramentis confirmatarum, interno Spiritus S. testimonio obsignatarum immotam veritatem, fide apprehensam: atque adeò non absolutè: sed conditionatè, & relativè ad ordinem mediorum à Christo præscriptorum, certus esse potest de finali in fide perseverantiâ: qvæ tamen non tām ex durabili & nunquam interrumpenda: qvā ex finali fide, qvā homo claudit extremum in mundo diem est estimanda. Hæreticum e. dogma est, tūm Papistarum, ex falsis suis hypothesisibus de fide & justific, non posse hominem in hæc vitâ habere certit. fidei de suâ justitiâ, vel se gratiam DEI esse consecutum (verba sunt Bellar. I. 3. de just. c. 3. §. 4. & 10.) impiè docentium: sed & blasphemus hic error est Calvinianorum i. ex absolutè immutabili decreto totalem fidei justificantis amissibilitatem Eleclis & verè renatis possibilem, negantium & 2. ex particularissimâ, qvæ Pareo in Syn. Dordr. p. 363. inextissima est, nec consequentiam, nec consolationem parit, hypothesisi, absolutam certitudinem Electionis fabricantium vid. Acta Synod. tūm Remonstr. p. 185. & in syllab. Errorum à p. 203. ad 218. tūm contra Rem. ad art. de persev. p. 359. 365. 367. 370. Can. 5. 6. 7. 9. 10. item sib. 99 & passim in Jud. ext. & prov. Rivet. in dial. Grot. discuss. qui in certitudine objectivâ sibi cum Pontificiis convenire gloriatur: at certitudinem subjecticam, qvam Pontificii saltem statuant moralē,

*nec infallibilem, se censere ex fide & sensu Spiritus adoptionis, quem  
motum, qui ad minimum moriens non proficeret se sentire, vel non sen-  
tit, ejus vices dolenti Calvin, vid. ibid. p. 582. [Rom 8, 31. 1. Tim. 1.  
v. 5. 19. Ez. 18, 24. & quoad Exempla Aaron, Saul, David, Sa-  
lomon, Petrus, Thomas.]*

39. Unio spiritualis est mystica & arctissima totius SS. Trinitatis & credentium conjunctio, qvâ Pater, Filius & Spiritus S. ex ineffabili amore per verbum & Sacra menta sese verè, realiter, arctissimè & gratiosè omnibus rectè illis u-tentibus & in Christum verè credentibus conjungit, ut per fidem (etiam extra Sacramentum s. præter unionem illam qvæ fit in Baptismo & sumptione Eucharistia) substantia hominis fidelis cum substantiâ totius SS. Trinitatis, ipsiusq; naturæ humanæ Christi peculiari qvâdam approximatione s. juncturâ non operationum saltem & motuum divinorum: sed ipsius substantiæ ad substantiam jungatur, atqve adeò Pater, Filius Θεός & Spiritus S. in credentibus ita habitet, efficaciter operetur ac vivat, in nominis sui divini gloriam & æternam credentium salutem. Qvæ unio spiritualis totius SS. Trinitatis, atqve adeò Christi secundùm utramq; naturam ut Capitis, cum membris, fundamentum est unionis spiritualis membrorum inter se: & sicut illa fit per fidem: ita hæc per charitatem, qvâ omnes credentes sunt ἀγ-  
δαλοῦτες τηρεῖν τὴν ἐρωτήτα μίσεως εἰς Κυριότηταν τὸ ἐπιλύγον. De qvo ineffabili Christianorum firmamento male sentiunt Weigeliani aliiq; hæretici & PseudoChristiani. [2. Petr. 1, 4.  
Joh. 14, 23. Joh. 17, 11. 21. 1. Joh. 1, 7. Eph. 4, 3.]

40. Bona opera, tam interna, qvam externa velut ne-cessaria, nec tamen ab extra per affectuationem & discipli-  
nam, uti habitus Philosophici: sed ab intus, cooperante Spiritu S.  
qui novam creaturam fecit, prodeuntia, (atqve adeò fructus  
justitiae

justitiæ fidei, & nonnisi hominis justificati, qui non solum indies renovatur à DEO: sed & renovat seipsum per acceptas supernè vires, uti tamen in hâc vitâ imperfecta sit Renovatio, imò omnis actio hominis renovati, illius defectus respectu, peccaminosa) non qvidem remissionis peccatorum, gratiæ aut justificationis, qvæ tantùm fide consequimur: sed aliorum præriorum corporalium & spiritualium in & post hanc vitam meritoria (qvomodo loquitur Apol. uti neqvaquam tamen ob intrinsecam comproportionem ad regulam justitiæ divinæ distributivæ, sive sine, sive cum paecto, præmia illa, qvæ in futurâ vitâ non sunt ipsa gloria: sed gloriæ gradus & accidentia dicantur *merces bonorum operum*) non præcedunt justificandum, nec causa nec conditio sunt ad salvandum: nec rectè necessitate sive medii sive meriti necessaria dici possunt ad salutem obtinendam vel conservandam (*solâ enim fide habemus accessum in gratiam: solâ fide stamus in gratiâ: Solâ fide gloriamur de vitâ æternâ*) sed sponte seqvuntur, ex solâ DEI gratiâ, per fidem justificatum; suntq; necessaria via in regno gratiæ: non causa regnandi in regno vel gratiæ vel gloriæ. Errant hic Pelagiani & Sociniani bona opera & vitam piam esse complementum & formam fidei, & justificationis nostræ talēm causam, sine qvâ nullâ ratione illa perfici possit, docentes vid. Socin. thes. de Justif. Smalcius contra Frantz. p. 170. & 356, qvi iidem probaturi hanc propositionem: *Bona opera esse necessaria ad salutem*, duo maxumè urgent, locum sc. Heb. 12, 14. *Sed clamini sanctimoniam, sine quâ nemo DÉUM videbit: & vitæ æternæ ac bonorum operum*, per mercedem & meritum, nomenclaturam. Sed & Pontifici, ex qvorum sententiâ 1. Bona opera ex fide procedentia merentur justificationem primam, merito, non qvidem condigni: sed tamen Congrui. 2. Bona opera merentur de condigno, justificationem secundam. 3. Bona opera

opera non proportionali saltem: sed & absolutâ æqualitate & ex condigno meritoria sunt vitæ æternæ & vera salutis causa. Vid. Bell. l. 5. de justif. c. 16. & 17. *Communis sententia Theologorum* admittit simpliciter meritorum de condigno, nec saltem ex DEI liberalitate: sed & ex iustitiâ & iusto DEI iudicio debetur meritis operum positâ promissione merces vitæ æternæ, ita ut opera bona iustorum meritoria sint vitæ æternæ ex condigno ratione pacti & operis simul (qvod posterius contra Scotum additur) & sine pacto etiam habebant proportionem ad vitam æternam, nisi qvod ad actuale meritorum requiratur paclum. Ita Bell. l. alleg. qvi eodem lib. expositurns, quatenus fiducia in meritis collocari possit, ponit tres conclusiones, 1. *Fiducia Sanctorum* quam in DEO constituant, non ex fide solâ: sed etiam ex bonis meritis nascitur, atque ideo summo studio merita querenda sunt, ut apud DEUM fiduciam habere possimus. 2. In bonis meritis, quæ verè talia esse comperit su, fiducia aliqua collocari potest, MODO superbia caveatur. 3. Propter incertitudinem propriæ iustitiae & periculum inanis gloriae TUTISSIMUM est fiduciam totam in solâ DEI benignitate & misericordia reponere, c. 3. & 7. qvæ proposi-  
tio tertia Lutheranissima videri poterat, & nervum incidere prioribus, nisi apparentem illam orthodoxiam adjuncta glossa hæretica destrueret. *Proposito*, inquit, *bæc non ita est accipienda* qvod non sit in bonis operibus confidendum, quia non sint vera iustitia, aut iudicium DEI sustinere non possint: sed hoc solum dicimus, TUTIUS ESSE, meritorum jam pareorum qvodammodo obliviisci, & in SOLAM DEI misericordiam respicere: qvia nemo certò scire potest se habere vera merita. Ita Bellarm. Ecce miseram incerti-  
tudinem Papisticam! [Phil. 1, 11. 1. Tim. 1, 5. 9. 19. 2. Tim. 2.  
v. 19. 21. Rom. 2, 6. 7. c. 7, 14. 15. c. 8, 12. 13. 14. 15. item c. 5. ad  
v. 12. 1. Cor. 13, 9. 10. 12.]

41. Notæ veræ Ecclesiæ (qvæ salvâ eminentiâ N. Test. præ V. T. & communione militantis Ecclesiæ cum cœtu An-  
gelorum

gelorum, & triumfantium in cœlis , beatorum hominum,  
 salvâ qvoqve pluralitate particularium cœtuum , velut par-  
 tium homogenearum Ecclesiæ universalis, ob gratiæ Christi,  
 fidei ac confessionis & charitatis communionem, *Una, Sancta,*  
*Catholica*, & nonnisi comparativè resp. floridi status , univer-  
 salitatis, formæ essentialis s. communionis & fidei, invisibi-  
 lis relativè dicitur) non, accidentales , dubiæ , communes &  
 separabiles, nec qvæ judicium probabile saltem faciant : sed  
 essentiales, certæ, propriæ, inseparabiles (etsi infideli & he-  
 terodoxo, in sensu composito, per facultatem naturalem in-  
 applicabiles , ut notitia & assensus e. c. doctrinæ qvæ in hâc  
 Ecclesiâ auditur , æqvè ac per illam , Ecclesiæ vera notitia &  
 assensus , qvæ fidei propria sunt , virtute supernaturali pro-  
 ducentur ) non sunt nisi duæ , qvarum prima est pura verbi  
 prædicatio , secunda sacramentorum legitima administra-  
 tio, qvæ notæ accipiendæ sunt cum ampliatione, sc. *ubi funda-*  
*mentalia fidei & Sacramentorum*, baptismi maxumè & verbi DEI,  
 per qvod etsi humanis assumentis fœ datum , aliquando ope-  
 ratur Spir. S. sunt integra, ibi vera est Ecclesia. Unde & Ec-  
 clesiam veram, ante Lutherum, sub Papatu fuisse concedere  
 possumus (cui tamen illam includere , est extra Latinam Ec-  
 clesiam Christianos negare) ubi conservata fuit. 1. *In infantibus baptizatis.* 2. *Agonizantibus.* 3. *Christianis latentibus.* 4.  
*Confessoribus ad ignem constantibus* s. in Edom , Moab , & primis fili-  
 orum Ammon , uti recte Lutherus in Danielem. Errant Pon-  
 tif. ante Lutherum nullam nisi Papisticam , Ecclesiam fuisse,  
 atqve adeò illam veram Christi Sponsam , & Catholicam  
 esse, sibi persuadendo. 2. Notas Ecclesiæ multiplicando, &  
 15. qvæ tamen non faciant evidenter veritatis simpliciter : sed  
 tantum credibilitatis vid. Bell. l. 4. de not. Eccl. à c. 3. &c. ponen-  
 do. [Psalms. 147, 20. Rom. 9, 4. Matth. 28, 19, 20. Ebr. 12, 23.

1. Cor. 10, 17. Eph. 2, 19. c. 4, 4. s. 6, 15. 16. 17. 1. Reg. 19, 10. 18.  
Rom. 2, 19. 1. Cor. 2, 7. & seqq. Luc. 24, 27. Is. 55, 11. Dan. 11, 41.]

42. Ecclesia universalis in ipsis fundamentalibus fidei articulis ob promissam à Christo perpetuam tām confessio-  
nis internæ, qvām professionis externæ, et si non semper no-  
bis notoriæ durationem & privilegium non amittendæ ve-  
ritatis salvificæ, errare non potest: at errare potest particu-  
laris (imò nonnunquam maxima pars visibilis Ecclesiæ)  
qvalis est Romana, nec Topicè, nec dogmaticè Catholica,  
maximè, qvam vocant, *repræsentativa*, qvod exemplo *Phari-  
sismi, Arianismi, Donatismi*, omnes fermè cathedras occupan-  
tis, & tot conciliorum reprobatorum luculentum, negari  
non debet. Ridiculum e. est qvod Bell. de Cleric. l. 4 c. 7.  
Ecclesiam Papisticam columnam & firmamentum esse asse-  
rit, *quia semper illa audit Petrum (Pontificem Romanum*, in quo  
nos nihil cum Petro commune videmus, nisi qvod de Petro  
dicitur Gal. 2, 11. *Petrus reprehensibilis erat, quia ad veritatem Eu-  
angelii non rectè incedebat*) vid. de hoc argum. M. de Dom. l. 7.  
de rep. Eccl. c. 4. [Matth. 16, 18.]

43. Solus Christus caput est Ecclesiæ, cuius regimen se  
habet Monarchicè, uti de cœtero unio & omnium & singu-  
lorum Christianorum sub unico Pastore mortali, vicario  
Christi, unde velut ex radice & fonte influat potestas Eccle-  
siastica sive jurisdictionis, in omnes Pastores totius Ecclesiæ  
universalis non tantum inane commentum: sed etiam con-  
tra institutionem ordinis Ecclesiastici sit. Legitimare de-  
bebat ille Vicarius autoritatem Vicariatus à Christo ambu-  
lante in medio Candelabrorum & adeò præsentissimo Ad-  
ministratore ac Rectore Ecclesiastico sibi impositam, qvem  
nos de jure humano, non nisi particularis Ecclesiæ Romanæ  
(Caulæ potius & curiæ Romanæ) Episcopum, qui jam du-  
dum

dum degeneraverit in magnum illum AntiChristum à Paulo revelatum, aestimamus. Errant Pontificii & maximè Monarchici, Petrum solum à Christo Domino in terris vicarium relictum, & toti Ecclesiæ vicariâ plenâ potestate præfectum fuisse, ex verbis Christi: *Tu es Petrus &c.* Item: *pascere oves meas*, asseverando, præter personalem ~~etatis~~, *vocationis*, & *virtutis* primitatem, Primatum absolutum, potestatum, eundemq; communicabilem, Petro, & consequenter, Pontificibus, unà cum infallibilitate & titulo Capitis s. Monarchæ Ecclesiæ universalis, de jure divino tribuendo: qualiter primatum unà cum visibili Monarchiâ Ecclesiasticâ ignorat Scriptura: vid. Cajet. tr. de Rom. Pont. Inst. c. i. Bell. l. i. de Rom. Pont. c. 10. & eundem c. 18. 19. 24. & prærogativa 28. blasphemæ in explicatione literarum II. T. A. II. Rectè M. de Domin. I. i. de rep. Eccl. c. 10. n. 33. *Nostri*, inquit, *Monarchici non ex illâ erga S. Petrum devotione: sed ut sub Petrinomine Pontificem Romanum DEUM in terris faciant, adeò sunt de Petri exaltatione solliciti, & ei potestatem tribuant, quam ipse in ecclesi positus sibi impudenter magis: quam imprudenter à nobis tribuit erubescit.* Et facient illi hujusmodi vanitatis laudes: Christi enim ministerium ille se, cum cœteris collegis semper agnoscit, non Principem Ecclesiæ, non caput visibile, non Monarcham. Ac propriea non sibi à me, injuriam ullam fieri reputabit S. Petrus, si ego veras ipsius laudes, insignesq; virtutes, toto animo venerans, falsas, inanesq; blandicias ipsius nomini obtrusas, respuo, & eas esse ab Ecclesia S. repudiandas ostendo. [Eph. 1, 22. 2. Thess. 2, 4.]

44. §. 1. Elementum & verbum non quodvis: sed ordinatum, facit Sacramentum: quod, uti ex opere operato valere, quâ usum salutarem contra Pontif. est negandum: ita, quâ Sacramentalem integritatem, nec ex qualitate administrantis, nec ex fide accipientis: sed unicè ex autoritate

ordinantis DEI valere, contra eosdem & Donatistas est affirmandum. [Eph. 5, 26.]

§. 2. Non plura autem nec pauciora esse N. T. Sacra-  
menta, qvām Baptīsum & Cēnam Domini, ex Scripturis proba-  
tur 1. Cor. 12, 13.

§. 3. Rejicimus e. qvinqve Pontif. Sacraenta 1. Confirmationem (qvippe in Scripturis ignoratur ejus elementum, oleum sc. exorcizatum, nec unqvam Script. meminit, Apostolos baptizatis post unctionem impegisse colaphum) 2. Pœnitentiam (qvia 1. deest visibile Elementum à DÉO ordinatum, 2. utriqve T. est communis, 3. non medium est nec instrumentum confirmandæ fidei: sed totum) 3. Extremam unctionem jam moriturorum in organis sensuum per oleum exorcizatum (qvia nec Elementum, nec Verbum: *Ungō te oleo sancto, ue per hanc unctionem accipias plenam remissionem peccatorum*, habet DEI mandatum, & impingit in Justif. articulum) 4. Ordinationem (qvia 1. est aliquid utriq; T. commune. 2. Alligatum certo ordini. 3. Ordinatio in Papatu, exceptā χριστοῖς, est corruptissima, ubi ordinando traditur calix cum vino & aqua & Patina cum hostia, additis his verbis: *Accipe potestatem offerre D E O sacrificium, missasq; celebrare tam pro vivis, quam defunctis: tacemus alia monstrosi de valore Sacramentorum ex opere operato, & impresso Charadere indelebili, qui insinuer se in momento ordinationis in animam ordinati & configuret hunc cum Christo, suppositi consequentia*) 5. Conjugium, (qvia 1. est utriqve T. commune. 2. non tantum in Ecclesiâ. 3. non est applicativum gratiæ & remissionis peccatorum.)

§. 4. Subit autem mirari, Conjugium in Sacramentorum sublimitatem referre illos qvi legitimè conjugatos inter eo inquinatos ac immundos reponunt, & illa verba Pauli: *Qui in carne sunt, D E O placere non possunt, toro conjugali, quem venerabilem vult*

vult esse Spiritus S. applicando, cœlibatum obligantem, ex  
jure Ecclesiastico positivo, Clericis imperant, & per votum con-  
tinentia, tacitè, etiam præter consensum ordinandorum,  
annexum ordinibus, impediri contrahendum, dirimi jam  
contractum matrimonium presbyterorum clamitant, idq; contra  
Script. praxin Apostol. uti & totius orientis, in qvo nec san-  
ctionibus, nec vi, uti in Romanâ Ecclesiâ, hactenus interdi-  
ctum est clericale conjugium, sententiam vid. Bell. *De matr.*  
*l. I. c. 21. & de Cler. c. 18. 19. Baron. ann. 1074. n. 29. Leo VI. nov. 3.*  
*M. Anton. de Dom. l. 2. de Rep. Ecl. c. 10. 11. Can. Ap. 6. Dift. 28.*  
item Aug. Conf. in Abus. tit. de Cœlib. Sacerdot. Errant autem præ-  
ter Pontificios Calviniani, circa effectum Sacramentorum, tūm V.  
tūm N. T. fidem formam Sacramentorum afferendo & Sacr.  
V. & N. T. differre substantiâ negando: sed vel maxumè Soci-  
niani, cœlestia bona, adeoq; gratiam & vitam aternam per media sacra-  
mentalia conferri, ex corrupta rationis *wilzigia*, improbando, &  
mysteria maxumè sacramentalia, vanissima humani cerebri commenta  
blasphemè nominando. Fabulæ sunt, ait Smalcius disp. de  
Hypocritis, aliquam esse internam efficaciam Sacramento-  
rum: cum nihil aliud sint, qvam externæ hominum actio-  
nes, qvibus id qvod in mente latet, exprimunt: vid. id. de  
Sacr. in genere. [I. Cor. 7, 2. Tit. 1, 6.]

## DE BAPTISMI SACRA- MENTO.

45. Infantes nec sunt fidei incapaces, & baptizati,  
fidem, ab adultorum fide, specie & formâ non differentem  
propriè & revera habent, qvâ salutem & filiationem in Jesu  
Christo apprehendunt: ut ergo post acceptam primam gra-  
tiam sine præcedente fide per instrumentalem efficaciam

H 3

Verbo

Verbo & Baptismo à D E O inditam, concipient salutarem fidem, & per hanc ex statu iræ in statum gratiæ traducantur seu regenerentur, ex mandato Christi, velut in peccato concepti, & ex carne nati sunt baptizandi, & per baptismum in Ecclesiam recipiendi. Errant hīc 1. *Catabantistæ Pædobaptis-  
tum*, ut humanitus fabricatum, unā cum fide infantium negantes. Errant 2. *Pontificii* non nisi habitualem s. actum fidei primum infantibus tribuentes *Concil Trid.* seß. 7. can. 13. & non nisi autoritate *Ecclesiæ Pædobaptismum* probari posse, contra ipsius antiquitatis praxin vid. *Chemn.* 5. gen. *Trid. Ex. Conc. Trid.* afferentes *Greg. de Val.* tom. 3. oper. in *Thom.* fol. 151. *Svar.* tom. 4. in *Thom.* fol. 255. *Bell. l. I. de Sacr. Bapt.* c. 8. quod avide arripiunt *Sociniani* vid. *Smale.* p. 322. Errant 3. *Calviniani*, quorum sententiam exprimit *Witakerus* contra *Duræum* p. 660. Quanquam, ait, in infantibus Spiritum s. efficacem esse occulto miroq modo nulli dubium esse potest, infantes tamen credere nec Scriptura docet, nec ratio suadet, Baptismus tamen parvulus, quia fidelium parentum liberi sunt, atque in federe includuntur, etiam si adhuc credere per etatem non possunt, est salutis Sacramentum vid. *Cham. Panstr.* Ep. de *Bapt. Beza* part. 2. *Coll. Mompelg.* p. 102. *Calv. l. 4. Inst. c. 15. sedl. 15.* 20. 4. Sociniani cuius Spiritus blasphemii petulantia vel ex his pauculis Smalcii assertionibus evidens est 1. Quomodo dici potest Christus voluisse, ut baptizentur infantes, qui nec, ut adulii baptizarentur, voluit? 2. Ascribere Christo institutionem Pædobaptismi puerile est. 3. Baptismus infantium, quia est in veterata consuetudo & ceremonia, tamdiu tolerari potest, donec Ecclesiæ pleniorum lucem consequantur. 4. Infantes recens natos Christi fieri posse Discipulos tam est credibile, quam Christi Discipulos fieri psittacos. 5. In Infantibus nec est regeneratio, nec fides, nec infantes pertinent ad Ecclesiam, quippe quæ non est nisi vel credentium vel saltim profidentium. 6. Textus Matth. 18. & Luc. 18. non agunt de infantibus recens natis: sed de adulis,

aduluis, qui dicuntur parvorum, qui in Christum credunt. 7. Iohannes Baptista non habuit fidem in utero matris. 8. Baptismum aqua in locum Circumcisiois fuisse substitutum fabula est. vid. id. cont. Francium p. 310. 312. 313. 321. 323. 324. [Matt. 18, 14. c. 19, 14. Luc. 18, v. 15. 16. 17. Marc. 9, 42. Eph. 2, 3. Psal. 51, 7. Joh. 1, 12.]

46. Baptismus aquæ (cujus forma constat sermone & actione determinatis ab instituente, ex quibus ille præscriptus Matt. 28, 19. æquivalentibus quidem verbis citra formæ abolitionem efferrri potest, non tamen debet: hæc autem liberè, tam immissione baptisandi in aquam, quam aquæ in baptismum s. aspersione aquæ tantum, nec per admixtionem corrumpenda, nec per surrogationem olei aut alterius liqvoris abolenda, perficitur) non signum: sed efficax & ad salutem ordinariè (nec enim D E U S: sed homines ad Sacra-menta sunt obligati, unde & immediate & extraordinarie sæpe baptismum morte antevortens agit) necessarium, & ab ipso D E O institutum nostræ regenerationis est medium: quin ipsa aqua baptismi in officio sacramentali est lavacrum regenerationis ac renovationis in Spiritu S. Errant e. i. Calviniani aquæ baptismatis non nisi externam ablutionem: soli Christi sanguini ab aqua separato, omnem effectum regenerationis per analogiam suam sacramentariam adscribentes, atque adeò duplex baptisma constituentes: Non aqua, verba sunt conf. Belgicæ, sed aperitu ipsa preciosissimi sanguinis Filii D E I emundans nos à peccatis: itaque ministri quidem præbent nobis Sacramentum, & rem visibilem: at Dominus ipse exhibet quod Sacramento significatur: nimirum dona & gratiam invisibilem. Elementaris illa aqua suâ virtute & efficaciam nihil præstare amplius potest, quam ut externè corpus mundet & abluat: nec ad animam pertinet, quæ intrinsecus Sanguine Christi ad vitam æternam purgatur. Et quemadmodum Ecclesie minister illud: ita Christus hoc præstet & porrigit. Errant 2. Sociniani quorum

qvorum illa portenta i. Baptismum aquæ divinitus esse institutum  
nemo quidem Christianoram negat : Cœterum quod Jobannes Baptista  
nomine D E I præcepit ceremoniale, nobis Christianis non est necessariò  
faciendum : sed quod solus Dominus Jesus , à quo nec in usum illorum  
temporum nec intentione durationis adusque finem mundi est institutus  
baptismus. 2. Baptismus aquæ ab Apostolis non est administratus ex  
ex mandato Christi. 3. Christus, præcipiendo ut Apostoli in nomen P. F.  
& S. S. baptizarent, non jussit, ut Apostoli aquâ aliquem baptizarent.  
Licer Enjedinus verba illa Matt. 28. de baptismo aquæ intelligenda esse  
vel saltet intelligi posse concedat, nos tamen illud omnino pernegamus.  
Nostra ergo & Enjedinus causa diversa omnino est. 4. Baptismum aquæ  
esse ad salutem necessarium, licet esset à Christo institutus, falsum. 5.  
Discipuli non baptizarunt ex autoritate Christi : sed saltet ad tempus  
permittente Christo. 6. Loca Matt. 28,19. Eph. 5,26. Joh. 3,5. Marc.  
16, v. 16. Tit. 3, 5. 1. Pet. 3, 21. de Baptismo aquæ intelligere, & ad  
Pædobaptismum applicare, res est justæ indignationis ac doloris & illo-  
rum qui sunt pueri in Theologia. 7. Dogma statuens in baptismō fieri  
regenerationem est falsum & idoloracicum. Vid. Smalc. cont. Franz.  
de Bapt. p. 308-309. 312. & seqq. Sed & 3. præter Calvinia-  
nos qui parentum pietatem mederi statuunt filiis non bapti-  
satis adversus damnationis reatum, errant 4. Scholastici, qui  
vel in maternis uteris morientes, vel morte prævenies sine baptismo des-  
cedentes Christianorum liberos non posse salvati: sed ad ostensionem ju-  
stitia divina absque remedio in illo statu mori & ad limbum puerorum in  
inferni vestibulo detrudit asserunt vid. Svarez fol. 294 Bell l. 5. de  
Amis̄ grat. & stat. pecc. Præclarè de hoc casu Megalander Lu-  
therus in Coll. Conv. §. GÖTT hat sich an seine Sacrament  
nicht also gebunden / ic. cum quo etiam in alio casu, viventis  
sc. in utero mortuæ matris infantuli, item de baptismō ca-  
pitis vel alterius membris ante totalem egressionem infan-  
tuli, facimus vid. id. ibid. tit. de bapt. & tom. 8. Witeb. fol. 50.

Addimus

Addimus tamen: illos Parentes gravissimam D E O reddituros esse rationem, qvi suā, sive culpā sive incuriā, infantem baptismō, cui nulla actas etiam unius diei inepta est, privant. Tit. 3, 5. 1. Petr. 3, 30. Joh. 3, 6. Act. 2, 38. Luc. 3, 2.

47. Res cœlestis baptismi, qvi legitimè juxta institutionem Christi collatus (etiam ab hæreticis, *essentialia baptismi, aut partem aliquam substantialem ejus non mutantibus*) non quidem propter impressionem characteris indelebilis (s. qualitatis potestativæ agendi ex jure Christianorum proprio) impressi cuivis baptisato etiam hypocritæ (qvippe qvi, salvo communi baptismi effectu relativo, commentitiuſ effectus est) sed qvia pactum gratiæ, qvod in Baptismo D E U S nobiscum init, perpetuum est, qvod servare vult, etiamsi ab eo discedamus, si modò in verâ pœnitentiâ per fidem ad illud redeamus, est initerabilis, non est propriè loquendo *Verbum mandati, nec promissionis*: sed tota SS. Trinitas, adeoq; nec excluso *Spiritu S.* nec *Christi sanguine*, quo & ratione *substantiae & meriti* concurrente, *unione imperficiabilis*, rubet fervetq; baptismus: neque verò dum ita *res baptismi cœlestis* à nobis asseritur, *Verbum*, vi cuius, mediante aquâ, res illa cœlestis exhibetur, excluditur: sed Baptismus *λατρεὺον ὑδατὸν τοῦ πνεύματος* piè creditur: qvod utrumque Taumasiander Lutherus in *Catech. minor. & admirabili illo hymno*, ubi de aqua baptismi, Es ist für ihna ein rothe Fluth/ von Christi Blut gefärbet / u. debitâ mysteriis majestate, expressit. Improbamus e. i. opinionem erroneam Martyris alioquin beatissimi & Doctoris favissimi Cypriani, qvi omnes, qvotqvot ab hæreticis baptizati erant, sine discrimine rebaptizari jussit, qvanquam Augustinus pro eo respondet, qvod hanc notam erroris in S. Viro folx martyriū repurgavit. Rejecimus z. errorem Donatistarum, ab impuris sacerdotibus baptizatos, esse rebaptizandos afferentium: conf. August.

tom. 7. l. 7. de bapt. Execramur 3. rationem non iterandi Baptis-  
matis Papisticam, Characterem sc. de quo commento venerabi-  
liter ὁ εὐαγγελιστής in Syn. Trid. de Sacr. ss. 7. can. 9. Sed & 4.  
detestamur Donatissimum Papisticum, quo ad integratatem bapti-  
smi requirunt præter actum, & verba, in baptizante, intentio-  
nem sive genericam sive specificam, hunc & nunc baptisandi  
ac faciendi id quod facit & credit Ecclesia, quod incertitudinis Pa-  
pisticæ primarium commentum anaibemate fanevit Syn. Trid.  
de Sacr. ss. 7. can. II. Addimus 5. Euωκεσαντο μόνον, vel etiam  
rujusvis Christiani, in summo necessariuſ casu. Ecclesia semper, ut ve-  
rum & imiterabilem, concessit, ut mirum, maluisse Bezan  
ab ipso Diabolo in ministeru Cathedrā fedenie baptizari: quām à pri-  
vato Christiano non ordinato. Probamus hic iterum respons.  
Lutheri tom. 8. Witeb. fol. 50. 51. 5. Wenn ein Kind im Hause  
in Nothen mit Wasser im Namen des Vaters / des Sohns und  
des H. Geistes getauft wird / so sollen je die Priester dasselbige  
nicht noch einmahl tauffen. Qui idem tamen in casu vel dubii  
baptismi, vel in substantialibus illegitimi administrati, probat illud  
Augustini: Non potest dici ieratum, quod ita nescitur esse factum,  
& infantem sine conditione Papistica: si tu non es baptizatus &c.  
fidenter, dicit, esse baptizandum vid. id. Coll. conv. ut de bape.  
Denique 6. explodimus damnos Socinianorum, Calviniano-  
rum &c. errores vid. sup. Indignum est Theologo affirmare:  
Sangvinem Christi esse in baptismō, ait Smalc. I. alleg.  
p. 311. [Matth. 28, 19. Matth. 23, 2.]

48. Baptismus Johannis fuit à DEO institutus, fuit  
regenerans, & ejusdem cum baptismo Christi efficacia,  
adeoque verum fuit, & non necessario, iterabile baptisma. He-  
terodoxe e. i. locuti sunt antiqui Patres, qui baptismum Jo-  
hannis fuisse dixerunt sine agnitione Trinitatis, sine fide in Chri-  
stum, & sine remissione peccatorum. Gravissimè autem 2. pecca-  
runt

runt Tridentini, sub anathematis fulmine baptismum Johannis à baptismo Christi, ut toto genere diversum, vel prorsus alium, separando, & svavissimam consolationem communis baptissimi membrorum cum capite Christo, qvi nostrum baptismum contractu sanctissimæ suæ carnis, sanctificavit, & illustri patefactione certos nos reddidit, etiam nostro baptismo suā gratiā & efficaciā adesse Patrem, Filium & Spiritum S. eripiendo vid. syn. Trid. scß 7. de bapt. c. 1. B. II l. I. de bapt. c. 20. & 21. Sed & 3. Sociniani negantes baptismum Johannis fuisse Consilium D E I. Smalc. p. 307. [Luc. 3, 2. c. 7, 30. Joh. 3, 6.]

49. Circa ritus externos Ecclesiasticos baptismi respondemus. Ritus, qvi doctrinæ Scripturarum consentanei, vel doctrinam de baptismo in Scripturis traditam utilièr ad edificationem explicant, vel quacunq; ratiōne illustrant, atque adeò faciunt ἀργούς τελέτας, εὐχημοσυνέων, οἰκοδουλίας, liberè (ita tamen ut in hac libertate habeatur ratio scandali & eorum qvi in fide sunt infirmi) reuinērunt: cum Scripturis vel Christianâ libertate pugnantes rectè abolentur. Errant 1. Pontificii ceremonias & pompas humano-rum rituum circa baptismum temerè multiplicando, & iisdem spiritualem efficaciam & operationem sub venerande antiquitatib; & Ecclesiæ Catholicæ nomine tribuendo, qvin & sub anathemate illorum necessitatem definiendo vid. syn. Trid. scß 7. can. 14. Errant 2. Calviniani, Exorcismum, in nostris Ecclesiis imò & antiquâ ante - Papisticâ usitatum, ceremoniam horrendam & plusquam ethnicam (eine abschewliche ceremoni, ein Grewel und schrecklichen überheydnischen Missbrauch des heiligen göttlichen Namens / qvæ modestia est Anhaltinorum im Bericht was von Ceremonien zu halten) vocando: qvi tamen scire debebant, nos, 1. Exorcismum nec pro rite Apolo:ico (qvi habeat Scripturæ vel mandatum, vel exemplum, vel testimonium) nec pro substantiali & necessario ad integratam baptissimi batere, nec 2.

*Exorcismo ejusq; ceremoniis tribuere Magicam vim corporaliter expellendi Diabolum, vel spiritualem efficaciam vid. Bell. I. de bapt. c. 25, à quo tamen diversus est, Svarez vid. tom. 4. fol. 350. & 355. Sed 3. eum habere pro riu Ecclesiastico Adiaphoro antiquissimo non effectivo: sed significativo, & 4. non damnare Ecclesiastas propter vel totalem Exorcismi omissionem, vel aliorum verborum, doctrinam de peccato Originis, de potestate & regno Saranae, & baptismi efficacia, clarius explicantium, usurpationem (exorcismi enim ritus externus nihil substantiae Sacramenti derogare vel addere posset) unde & apud nos in extremo necessitatis casu, baptizatus a Laico vel muliere infantulus sine Exorcismo, verum & initerabilem, sine Exorcismo baptismum accepit. Man soll solchs Kind nicht exorciren, daß wir nicht den Heiligen Geist / der gewißlich bey dem Kinde ist/ bösen Geist heissen, ait Lutherus in resp. sup. alleg. qvins. posse totum hunc ritum abrogari, si torius Ecclesia consensu, ritu & ordine fiat, cum Chemn. pare. 3 Loc. Theol. iir. de baptis. statuimus: at 6. eundem ut summæ Tyrannidis Diaboli, & efficacia baptismi picturam, & propter ipsorum adversariorum, tam præfracte ritum hunc Adiaphorim, qvippe horridas illorum hypotheses de sanctitate federali ante baptismum, item de baptismō signante &c. jugulantem, damnatum, pertinaciam, nequam eum abrogare.*

## DE SS. COENA ET NOVISSIMIS.

Harmonia Eucharistica I. Matt. & Marci.

Matt. 26, 26. Εαδίοτων αὐτῶν λαβὼν εἰς τὸ πόδινον τοῦ Ιησοῦς (πίν) ἀρότην, καὶ ἐυλεγήσας ἐκλαπεῖ καὶ ἔδιδε τοῖς μαθηταῖς καὶ ἐπει λάβετε Φάγετε· Τέτοιο ἐπι τῷ Καμάρι.

27. Καὶ λαβὼν τὸ πτιχέλον (καὶ) ἐυχαριστήσας, ἐδώκεν αὐτοῖς, λέγων, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες (Marcus; Καὶ ἐποιεῖ ἐξ αὐτοῦ πάντες.)

28. Τέτοιο

28. Τότε γένεται τὸ αἴματος (Marcus: Καὶ ἐπειδὴν αὐτοῖς Τότε  
είσι &c.) τὸ τὸ καίνης Διαθήκης τὸ τοῦτο μάρτυραν ἐνχωρίους εἰσι  
ἀφεστον ἀπαρθίνων (Εἰ δὲ οὐ non habet Marcus.) 2. Pauli & Lucae,  
ομοίωτι Cor. 11. 23. 24. (Εγὼ γαρ παρελαβον δότε τὸ κυρίον ὁ ποιη  
παρέδωκε ὑμῖν ὅποι οὐκέτι θυσίᾳ Ιησοῦς εἰσὶ Τῇ γυναικὶ ἡ παρέδωσθε) ἐλαβεν  
ἄλλον ηγετην ἐνταχθεισίσις εὐλατος οὐκέτι λάβετε Φάγετε (Lucas: οὐκ  
ἔδωκεν αὐτοῖς λέγων) Τότε μετὰ τὸ Κῶνις (Luc. Τότε είσι τὸ Κῶνις με)  
τὸ ζεύρημαν πλαισιών (διδόμενον) Τότε ποιεῖτε εἰς τοὺς ἔμετους αὐτάρμησον.  
Ωστιντος οὐκέτι τὸ ποτήριον μητε τὸ διπλῆσα, λέγων. Τότε τὸ ποτήριον  
ηγετην Διαθήκην είσιν εἰς τὸ έμπορον αἴγαλον (Lucas: οὐκέτι Διαθή-  
κην εἰς τὸ αἴγαλον μεταβολή τὸ ζεύρημαν ἐνχωρίουν) Τότε ποιεῖτε, ὥσπερ  
ἄν πινητε, εἰς τοὺς ἔμετους αὐτάρμησον. (hanc clausulam non ha-  
bet Lucas)

50. Vera & Catholica fides de Cœnâ Domini (in quâ  
non saltem revelationis: sed & unionis, modi præsentia &  
communicationis respectu mysterium est) fundamentum  
& sedem genuinam habet in verbis institutionis & Testa-  
menti, qvod ipse DEI Filius in eâ nocte, quâ traditus est,  
affectibus, gestibus, & verbis maxumè seriis condidit, ad  
quæ verba, velut normam totius doctrinæ, fidei, omnium controversiarum de hoc dogmate, non alterurro saltem: sed ueroque respicien-  
dum est oculo: nec ullis speculationum ή ψευδωνύμων  
subtilitatibus, vel apparentibus contradictionibus, &  
ubiquitatis avulsiōne inde in probando hoc dogmate est dimo-  
vendus animus: proinde, exemplo Lutheri, qui anno 1529.  
cum Zwinglio Marpurgi de hac disputaturus controversiā, mensæ inscri-  
psi hæc Testamenti verba, eaq; immota perflare, nec oppositiis Zwin-  
glii argumentis everii posse probavit, nos eadem, &, prout illa,  
institutionis in cœnaculo Hierosolymitano αὐτοῖς Matthæus (quem ferè perpetuo seqvitur Marcus) descriptis, &  
prout eadem Paulus repetivit, atq; adeò, prout Christus οὐαί-

**Opusq.**, Efficiens hujus Sacramenti & principalis distribuens  
 & in profundissimo ~~exinanitionis~~ & ingloriosissimo *Exaltationis*  
 statu per quandam ~~de~~ revelavit, in acie posuimus,  
 qvibus postea alios homogeneos Scripturarum textus sub-  
 jungere possumus. Planè enim nobis probatur Magni Lu-  
 theri consilium, qvo svaldet, ut *simplicer verbis institutionis insi-  
 stamus*, & debitâ moderatione atque *exceptione*, absque ullo incommodo  
*mysterii de Unione personali, disputationem de Ubiquitate h̄c leponamus.*  
 Quæstio, inquit, est *quomodo Christus corporaliter in S. Cœnâ adesse  
 possit, cum corpus simul in pluribus locis esse negreat?* Ad Quæst. hanc  
 respindo: Christus se affuturum dixit. E. verè in Sacram adest, & qui-  
 dem adest corporaliter, neq; alia corporalit̄ hujus præsenzia causa quarti  
 debet, præter hanc: Verba institutionis sic habent. Præmittimus  
 h̄c brevitè errores Socinianorum 1. Sacramentum hoc esse  
 merum ceremoniale, es isti nur ein Gebot des H̄ENRIK JESU  
 das zu den Ceremonien gehöret / nemlich das H. Abendmahl.  
 Catech. Racov. p. 215. 2. Substantiam præsentiam Cor-  
 poris & Sangvinis Christi quoquaque modo intelligas, fal-  
 sum esse. 3. Esse Cœnam Domini simplicem & humano  
 ingenio perceptibilem ritum, in quo credentes panem fran-  
 gant & edant, de calice autem bibant. 4. In S. Cœnâ nos  
 nihil à Christo accipere. 5. Hoc est corpus meum i. e. hunc  
 panem frangere &c. est corpus meum frangere s. corporis  
 mei crucifixionem adumbrare &c. 6. Nullus alias Sacra-  
 menti hujus finis vel Effectus est, quam Evcharisticus s. Ev-  
 charistica *arauros* mortis Jesu Christi. Vid. ibid. p. 215.

51. Verba institutionis: EDITE, HOC EST COR-  
 PUS MEUM: BIBITE, HIC EST SANGVIS MEUS  
 juxta nativam, propriam & genuinam significationem, ad-  
 eoq; literaliter, ut essentialia testamenti Christi, & Sacra-  
 mentaliter quidem: sed pro ratione Sacramentorum Nov. Test.  
 sunt

sunt intelligenda , atque adeò vera substantialis præsentia corporis pro nobis in mortem traditi , & sanguinis pro nobis effusi in S. Coena est credenda . Errant Calviniani tūm veteres , substantialia hæc Testamenti Christi verba per suos Tropos , de quorum tamen sede nec ipsis constitit , foedè & blasphemè spiegāruntur , tūm recentiores , vel in totâ propositione , vel integrâ sententiâ , vel integrâ sententia tropum afferentes , vid. Leidens. Synops. Dod. p. 686 thes. 68 p. 690. &c. vel generaltèr : Verba Cœnæ intelligenda esse non literaliter : sed Sacramentaliter , (Sacramentalis autem modus illis est quo nomen rei significatæ signo tribuitur , oriturq; ex falsâ hypothesi , quâ statuunt essentialem & in irinsecam formam confistere in Christo , habiudine & analigâ signi ad rem signatam , & mutuâ unius ad alterum relatione vid. Leidens. l. alleg. Hom. Coll. Anti Bell. Disp. 42. th. 4. & 5. & contrâ , Merzer. Tom. Gif. 2. Disp. 6. th. 49. & seqq.) Memorialiter , mysticè &c. non sine Elencho oppos. docentes : qvomodo Bergius in Irenico : Diese Worte / das ist mein Leib / das ist mein Blut sollen und können nicht nach dem Leiblichen Buchstâblichem Verstand / sondern müssen Sacramentaler / Geistlicher / Geheimnißweise / und wie der Herra selbst erklärte Testamentsweise / Gedächtniße weise verstanden werden / daß uns dieses Brodt und Wein ein sichtbares Testament oder Gedächt- und Zeugniß seyn soll seines Leibes und Bluts / das für uns gegeben und vergossen ist / cui bono , maxime urgent propos. Lucæ & Pauli : Poculum est N. T. in meo sanguine , unde idem Berg. qvæst. 13. Weil der Kelch nicht kan nach den Buchstaben : sondern nur Sacramentaliter , Geistlicher weise das Neue Testament genannt werden / darumb so müssen auch diese Worte : Das ist mein Leib / das ist mein Blut nicht anders verstanden werden / etc. Matt. 26, 26. Marci 14, 22. Luc. 22, 13, 14. 1. Cor. 11, 24.

§ 2. Objectum manducationis & bibitionis Sacramentalis,

talis, & (quatenus ore fit, modo tamen εν Φυσικῷ & juxta verba Testamenti credendo: non mensurando,) Orales, non tantum est panis & vinum: Sed & corpus & sanguis Iesu Christi, quæ ita adsumt in S. Cœnâ his in terris celebratâ, ut porrecto pane simul detur unitum cum pane corpus Christi quod in cruce pependit, & cum vino ipse Sangvis Christi qui de latere profluxit: cuius unionis tempus instans definiri non potest, cum non ad unius: sed plurium correquisitarum actionum executionem, quas inter ultimæ sunt comedio & bibitio præsentiam Corporis & Sangvinis sui promiserit. Atque hanc & unionem & substantiam & veram præsentiam corporis & sangvinis Iesu Christi ipsi Calviniani se non credere rotundè fatentur (utut quidam recentiores aliquando coturnis utuntur vid. Mentz. cont. Croc. c. 4. Oralem enim manductionem s. ori corporis exhiberi ipsum corpus & sangvinem Christi, planè diffitentur) ut frustra celebris Conciliator M. de Dominis discretos Lutheri, Calvini, Pontif. seculatores in veritate præsentia consentire, & modi saltem discrepantiam esse, persuadere voluerit. Clarè Rivetus: Nequaquam dicimus corpus Christi in pane, aut sanguinem in vino realiter, substantialiter sumi ore corporis: Sed in usu Sacramentii signa ore corporis ab omnibus sumi: rem ipsam, ejus substantialiam & essentiam in recto usu sumi, ore fidei, modo spirituali: Sic loquimur: sic sentimus. Novit enim Discisor: NEMINEM nostrum credere aut confiteri, indignos & impios sumere ipsam corporis Christi substantialiam & essentiam, quod tamen necessarium esset, si cum pane substantia corporis Christi realiter & essentialiter adesset: vid. in Dialys. Grot. p. 73.

53. Omnis indignè sumens S. Cœnam, verum Iesu Christi corpus manducat sub pane, & verum sanguinem bibit sub vino: at illâ manductione ac bibitione reus fit corporis & sanguinis Christi, & fibi ipsi judicium edit & bibit, eo ipso, quod in illâ

illâ manduca<sup>t</sup>ione & bibitione non discernit corpus Domini. Errant hîc Reformati seu Calviniani, reatum ipsius Corporis & Sangvinis Christi in S. Cœnâ, ob solam profanationem sacrorum Symbolorum panis & vini benedicti & distributi contrahi asserentes, atque adeò determinationi modi reatus Apostolica per Calvinianam *Sti<sup>l</sup>us* contradicentes: Die unwürdig essen seynd schuldig am Leib und Blut des HERREN / aber nicht daß sie Ihn essen: sondern weil sie ihn nicht durch wahren Glauben unterscheiden / da er ihnen bey diesem Brodt zur Speise ihrer Seelen vorgetragen wird: sondern das Brodt des HERREN nur wie ein gemeines Brodt essen / und also durch ihren Unglauben den Leib des HERREN dabey verwerffen. Berg. qvæst. 17. Im Unterscheid und Vergleich der Evangelischen/etc. 1. Cor. 11, 27.

54. Panis est corpus Christi in S. Coena non per transubstantiationem, uti volunt Ponitici: non per relativam conjuncti-  
nem, uti volunt Calviniani: non per crassam & localem inclusionem,  
uti nobis affingunt Heterodoxi: sed per Sacramentalem, my-  
sticam & substancialem unionem, quam, dum, unà cum præseniâ  
reali veri Christi corporis & sanguinis in S. Cœnâ, errorem communissi-  
mum & valde universalem vocat, eundemq; non nisi proximorum  
700. annorum præscriptionem in Ecclesiâ babere afferit, Calvinia-  
num potius: quam Conciliatorem egit M. de Dom, l. 5. de  
rep. Eccl. p. 60. Conf. ex nostris Chemnit. in fund. S. Cœn. c. 10.  
& c. 12. n. 5. p. 67. & in app. de cer. à p. 108 qvæ de præseniâ, exhibi-  
tione & sumptione corporis & sanguinis Domini in Cœnâ sc̄pè tam  
clarè & magnificè dixerunt antiqui Patres, uti clementerum obitii vix  
aliquid de pane & vino videantur agnoscere, ita ut Pontificii inde  
arripuerint occasionem grandis illius commenti de /-ualitate  
præseniæ corporis Christi s. transubstantiatione, quâ inveclâ, dum  
statuitur corpus & sanguis ita crasse adesse, ut possit in terram præcipi,  
effundi, conculari, enata est mutilatio Sacramenti seculo cir-

citer 12. augmentum cœpit decimo tertio: maturuit 14. tandemq; seculo 15. *explosâ & proscriptâ integratâ*, decreto *Constan-*  
*tieni* est roborata., 1. Cor. 10, 16. 1. Cor. 11, 26.

55. Qvoscumque obligat mandatum edendi, non ob-  
stante concomitantiâ naturali, qvæ non est mensura Sacra-  
menti, eosdem & mandatum bibendi. Usus ergo Calicis in  
S. Cœnâ Laicis & Clericis non confientibus, non *sine grandi*  
*sacrilegio* est ademtus per sacrificos Papisticos: & inexcusabi-  
lis adeò hîc est audacia *Synodi Constanliensis*, qvæ *contra primam*  
*insti tutionem*, velut ὁμολογίᾳ, in & sub duabus speciebus fa-  
ctam, & totam Ecclesiam primitivam, actionem piam, sacrosan-  
ctam & nequaquam indifferentem, contra illam, à qvâ unicè de-  
pendet, institutionem Christi, inanibus rationibus immu-  
tavit: Verba sunt *ses. XIII.* qvæ habita fuit anno 1415. d. 15.  
*Jun.* Concilium S. generale in S. S. legitimè congregatum adversus illum  
errorem, quo contra laudabilem Ecclesiæ consuetudinem rationabiliter  
approbatam Sacramentum Eucharistiae sub utrâque panis & vini specie  
à laicis suscipiendum docetur, maturâ Bd. deliberatione præhabitâ, de-  
clarat, decernit, & definit, quod, licet Christus posse Cœnam instituerit, &  
suis discipulis administraverit sub utraque specie panis & vini hoc ve-  
nerabile Sacramentum: tamen, hoc non obstante, sacrorum cano-  
num autoritas laudabilis, & approbata Ecclesiæ consuetudo servavit &  
servat, quod hujusmodi Sacramentum non debet confici posse Cœnam, &  
quod communio à confientibus sub utraque: à Laicis tantummodo sub  
specie panis, habenda est pro lege, quam non licet reprobare aut sine Ec-  
clesia auritate pro luctu mutare. vid. Gelas. can. 12. De con-  
secr. dist. 2. c. comperimus &c. Scilicet quod Christus insti-  
tuit, quod à sedente ad dextram Patris, Paulus accepit, error:  
contra, ordinem Sacramenti ab ipso Christo institutum audacter mutare,  
laudabilis dicitur consuetudo.

56. Nihil habet rationem Sacramenti extra usum divinitus insti-  
tucum,

tutum, aurea est antiquitatis regula, non de usu spirituali; sed Sacramentali intelligenda, ex quâ facile patet, quid de *Sacrificio Missatio*, quâm meritò maximam & horrendam abominationem, veramq; Draconis caudam vocat Luth. in art. *Smalcald.* p. 305-307. panis item consecrari theatrica inelusione, circumgestatione & adoratione sit sentiendum: Ut tamen adoratio corporis Christi glorificationis non sit excludenda ab actionibus accipientis in S. Coenâ.

57. Sicut & totam *Missam*, quam ab abusibus Papisticis purificatam probat August. Conf. p. 24. & Apolog. p. 250. & in *Missâ*, sacrificium *materiale*, *memorativum*, *repräsentativum*, *analogicum*, imò *juge* & *in cruentum* statuere, consentit Form. Concord. & orthodoxa Ecclesia: ita sacrificeationem Corporis & Sangvinis Christi propriè dictam in S. Coenâ statuere, non saltem repugnat verbis Testamenti: sed & rationi formalí N. T. & Sacerdotii novi, ac hæresis est magno zelo oppugnata à *Luther* in art. *Smalcaldicis*. Nullum enim in toto orbe fuit, est & erit sacrificium efficienter propitiatorium & meritorium reconciliationis, remissionis peccatorum & vitæ æternæ, quam *interabile sacrificium mortis JESU CHRISTI*, ad quod applicandum non est opus sacrificio: sed applicatio fit Sacramento & fide recipientis. Negato ergo in *Missâ* sacrificio propriè dicto, id quod alias consequens esset sacrificii propriè dicti, quâ præsens punctum ruit sc. 1. *Missas mereri ex opere operato*, quod facit omne sacrificium propriè dictum. 2. *Missas efficaciter celebrari sine communicantibus à solo conficiente*: vid. *Syn. Trid. sis 22. can. I 2.* [Epist. ad Hebr. c. 7. & 8.]

58. In quæstione de Oratione pro defunctis, facimus cum *Apolog.* *Conf.* *August.* & cum illâ, *Orationes pro defunctis* (non quidem propriae, vel meritoriae, vel in repræsentatione visibili & mentali simul passionis & mortis Dominicæ positas,

ita ut repræsentatio illa prosit defunctis , vel ut expressè à Christo institutas : sed charitatis , eucaristicas , votivas , quærum usus non tam in discussionis judicio , quam Charitatis exercitio , & fidei de resurrectione firmamento versatur) non abominamur , neque Aerio , qui sensit quod orationes pro mortuis sunt iniuriae , patrocinamur : at orationem pro defunctis Papistica , quæ Purgatorium , satisfactiones pro peccatis & culpis supponit , & Missalicas nundinaciones , indulgentias , inferias & monstrofas consequentias parit , toto peccatore detestamur , vid . Luth . in Art . Smalcald . tit . de Missâ , Papatu &c . Hoc saltem addimus , illam , cui Orationes pro defunctis Veteres Eccles . Dd . superstruxerunt & cui apud Græcos etiamnunc superstruuntur , vid . Sixt . Senens . Bibl . S . I . 6 . annot . 345 . p . 714 . hypothesin dudum jam in Papistica Ecclesiâ corruisse , adeoq ; Pontificios hodiernos in hoc dogmate cum etate Tertull . & Augustini nequaquam convenire .

59. *Nusquam omnes boni post hanc vitam nisi in cœlo cum Christo: nusquam omnes mali nisi in inferno, cum Diabolo dixit olim (præviâ Scripturâ) Rabanus Archiep. Mog.* Igitur 1. sub Veteri foedere Limbus Patrium : sub Novo , Purgatorium Papisticum non est dogma Propheticum : sed figmentum Poeticum . Neque uspiam est status intermedius inter eternam beatitudinem & damnationem , in quo aliqui vel solâ damni , vel ultra-que & damni & sensus poenâ afficiantur . Sed & 2. præter hos errant Anabaptistæ , Arminiani , Sociniani , qui animas piorum à corporibus separatas vel in sinu Abrahæ , vel in loco refrigerii , vel subter altare ex Apoc . 6,9. dormire , & negativè quiescere , vel etiam non vivere , tandemq ; cum corporibus excitatum iri somniant . Licet autem 3. Ecclesia Græca purgatorium non agnoscat (conf. Nili Archiepiscopi tract. de purgatorio igne . in quo doctissimè probat : nullam esse punitionem eorum , qui in Domino obierunt , post hanc vitam , & de bello Rom . cum Græcis in afferendo purgatorio ,

Arcudi .

*Arcud. & Thom. à Jesu*) neqve eidem preces pro defunctis superstruat, errat tamen ipsa quoque, piè defunctos à visione D E I beatificâ ante diem iudicij excludendo. 4. Patres durius alicubi loquentes, quomodo e. c. Tertull. *Omnem animam apud inferos sequentari in diem Domini.* Cl. Rom. *Oportere animas adiuvare diem iudicij exira cælum patienter futuram gloriam expedire.* Ambros. *Animam posse hujus viæ finem adhuc suspendi futuri iudicij ambiguam, coeteriq; magno numero ita sentientes, excusandi potius, quam hic defendendi sunt: uti tamen Bernh. Abb. Clarrev. ponens 3. animarum status, 1. in atrio. 2. in tabernaculo. 3. in domo D E I b. e. in consumata beatitudine, & scribens: Animas Sanctorum adiuvare diem iudicij quiescere subter altare i.e. sub humanitate Christi vel in solâ humanitate Christi visione, donec veniat tempus, in quo Filius D E I posse resurrectionem universalem ostendat seipsum illis in formâ D E I, unâ cum Patre & Spiritu S. & ita illi exaltentur super altare, nec excusationem adeò ampliam mereatur, nedum illi Armenorum & Anabaptistarum error satis rectè imputetur, prout fac. Alphons. Castrén. l. 3. adv. hærel. & Sixti. Sen. Bibl. l. alleg. Sed & notandum hic est specimen contradictionis Papalis in Feb. XXII. qui teste Adriano VI. Universitatem Parisiensem ad hoc induxit ut nemini in eâ daretur gradus in Theologiâ, nisi prius jurasset se defensurum hanc thesin: *Animas Sanctorum ante resurrectionem corporis, divinæ visionis gloriâ frui non posse.* Contradictorium vide in decr. Ponif. Innoc. III. & Ben. IV. Sed neque probandus Calvinus, frivolum esse contendens disqvirere de statu animarum, an jam fruantur gloriâ colesti nec ne? vid. Inst. l. 3. c. 25. sect. 6. vel Mar. yr. negans cum Pontif. Henochum & Heliam ante Christi ascensionem fuisse in cœlo. Status intermedium inter æternam beatitudinem, in quo aliqui vel solâ poenâ damni vel utraqve & damni & sensus afficiantur, figmentum est. [Luc. 23, 43. Luc. 16, 22. 23.]*

60. In *novissimo* omnium dierum *die*, qvi rerum mun-  
danarum vicissitudini, atqve ipsi adeò tempori finem impo-  
net, *omnes homines mortui*, integris & *in idem numero*, qvæ hic gesta-  
verunt, corporibus: sed incorruptilibus, (redunitâ, qvæ in-  
terea gavila est, eadem specie sive gloriâ sive cruciatu, ani-  
mâ, et si non tantâ intensione quantâ post unionem) resur-  
gent, & pii qvidem s. qvi bona egerunt, in corporibus glori-  
ficatis, & clarificato corpori Christi similibus resurgent ad  
vitam æternam, ubi *Angelis similes semper erunt cum Domino*: im-  
pii autem ad exquisitissimorum tormentorum infernalium  
*in animo & corpore cruciatus*, & ignem æternum ac *inxtingibilem*,  
qvi, *quantum è corporibus absumet*, tantum reponet, ac sibi ipsi æternum  
*pabulum subministrabit*, qvi adeò ignis infernalis non est specie  
idem cum eo, qvi ad usus humanos conditus est. Resurrec-  
tionem illam mortuorum excipiet proximè *immutatio vivo-*  
*rum è pīpō ὁφθαλμός*, *discussionis rigorosum*, & *attributionis glo-*  
*riosum judicium* (ubi sine prævio rigoroso peccatorum re-  
missorum examine, qvicqvid sit de publicatione, *vocabuntur*  
*benedicti Patriis ad æternam beatitudinem, & possidendum regnum paratiū*  
*ipsis à jacto fundamento mundi*: contrà, *jubebuntur maledicti fa-*  
*cessere in ignem æternum paratum Diabolo & Angelis ejus*) tandemq;  
*configratio & destrucio substantiarū mundi*. Errant præter ve-  
veteres & ab ipso Spiritu S. damnatos hæreticos 1. *Anabapti-*  
*stæ, Sociniani, aliiq; fanatici*, eadem 2. *Φύσις corpora redinte-*  
*granda & resuscitanda*, atqve adeò *Carnis hujus resurrectionem*  
negantes. Errant 2. *Origenistæ*, & alii *Phantastæ*, qvi partim  
*infernum nil nisi conscientiæ horrorem esse statuunt*, & *ex igne demum*  
*πανθλέποιται infernum condunt*, partim *impios*, *ipos etiam Diabolos*  
*aliquando ex inferno liberandos somniant*. Errant 3. *Pontificii*, item  
*Jovinianistæ*, qvi partim prolixè de aureolis item præmiis ac-  
cidentalibus (qvæ tamen in communi illâ beatorum gloriâ, ubi  
intelli-

intelligentes fulgebunt quasi splendor firmamentii: & qui ad iustitiam erudierunt multos quasi stellæ in æternitatem, non negamus) fabulantur: vid. de Val. Tom. 4. disp. II. q. 5. partim gradus pœnarum & cruciatum in inferno contra expressa Christi verba inficiantur. August. lib. de bœ. ad quod vult. D. bœ. 82. Errant 4. Patres (Origen, Hieron. Gregor. Magn. Beda) & Scholastici, qui Lombardum sequuti (vid. ille sent. IV. Dist. 47.) cœlum, terram, elementa secundum substantiam perennaturam: secundum qualitates saltē immutatum tri docuerunt. Errant 5. Chiliasmæ, ante resurrectionem Catholicam, Santos cum Domino per annos mille his in terris & urbe quidem Hierosolym. terrenum regnum, & vitam omnibus affluentem deliciis, non tām corpus: quām animam resplendentibus, suavitè transacturos, ex XX. cap. Apoc. & cortice verborum mysticorum, comminiscentes: quæ opinio erronea vetustissimos Patres Papiam, Ireneum, Apollinarium, Laelantium, Tertullianum, ipsumq; ex parte Heronymum, autores habuit, qui ad caput 19. Jeremiæ: Licer, inquit, opinionem non sequamur, tamen damnare non possumus, quia multi ecclesiasticorum virorum & martyrum ista dixerunt, & unusquisque in suo sensu abundet, & Domini cuncta iudicio reserventur. Nos cum August. Confess. Art. 17. errorem illum rejicimus, & Scripturam unumq; Christum præ Patribus, audimus. Errat denique Catech. Racov. Vitam æternam describens, ut sine promissione credibilem, sperabilem, imò definibilem sub titulo præmii congrui DEO & hominibus DEUM amantibus: neque tām ipsum bonum, quām durationem æternam illius boni habendam pro re divinâ: & discretionem hujus præmii ab aliis in illo esse, quod hoc si proprium fidelibus; Cetera etiam communia infidelibus. Contra: Beatitudo æterna, nec naturaliter ab homine posse lapsum appetitur, nec ex congruentia naturali homini debetur, nec ab humana ratione: sed unicè ex revelatione divinâ habetur, nec ob incapacitatem ingenii humani plenè definitur: etsi sub terminis felicitatis privative (omnium sc. sive

sc. sive animæ sive corpori molestorum &c.) & positive (qvorum pertinet *Viso divinae essentiæ & S. S. Trinitatis per oculos corporis, ortum inde perpetuum corporis & animi gaudium, conformatio item corporis cum gloriose Corpore Jesu Christi*) in Scripturâ proportionatur. Joh. 11, 24. Dan. 12, 1. Corinth. 15. Job. 19, 25. Matth. 24, 2. Petr. 3, 16. 2. Cor. 5, 10. Eccles. c. ult. v. ult. Joh. 12, 48. Rom. 8, 7. 10. Luc. 10, 12.

•••••  
INDICULUS qvarundam domestica-  
rum controversiarum inter Confessores  
Aug. Confessionis.

I. An detur *Principium Theologicum geminum*, unum primarium, & independens, *Scriptura sc. Sacra*, alterum inde dependens, subordinatum, secundarium, *Ecclesiæ sc. Catholicæ traditio*, qvæ partim fundetur in *Universalitate*, dogmatum ubique & ab omnibus creditorum, partim autem & maximè in *Consensu Antiquitatis?* Resp. N. vid. sup. in *art. de Scripturâ*.

II. An Filius DEI in V. T. *αὐτὸς ὁ πρωτότοκος*, & *ὁ οὐρανικὸς* in corpore, etsi non personaliter: sed accidentaliter assumto, Patribus aliquando verè apparuerit & in illo ad representandam Majestatem divinam, & futuram incarnationem seipsum figuraverit? Aff.

III. An humana Christi natura in infinitam hypostasin *τελείᾳ* realiter assumta, ob intimam naturarum, proprietatum & operationum indivisam *κοινωνίαν*, profundissimamq; *τελείωσην*, actu personæ à primo conceptionis punto universis suis creaturis, una cum *τέλῳ* propinquitate substantiali

stantiali adfuerit, & unâ cum hoc totum hoc universum sub formâ licet servili latentè & cum multâ retractione in omnibus iis, qvæ finem incarnationis & redemtionis potuissent impedire, omnipotentè gubernaverit? an verò salvâ à Nestorianæ oppositâ, Christus in toto exinanitionis statu non fuerit omnipræsens, ita uti nec regnum potentia, nec regnum gloriæ secundum utramque: sed saltem secundum divinam naturam rexerit vel administraverit? Aff. post.

IV. An rectè dicatur: *Christum secundum utramque naturam exinanium, passum, mortuum, vel ipsam divinitatem passam, mortuam*, & an qvi dicit: *Christum nullo modo secundum divinam naturam: sed tantum secundum humanam naturam exinanitum, passum, mortuum, &c.* neget idem? an Comm. Idiom. i. generis sit naturæ ad personam? Resp. ad i. D. ad 2. N. ad 3. A.

V. An etiam nunc, non existente amplius voluntariæ impedimento, Christus secundum naturam humanam non sit omnipræsens, apud omnes sc. creatureas in cœlo & in terrâ? N.

VI. An Christus secundum (reduplicativè) naturam humanam sit Filius DEI naturalis, an adoptivus? Aff. i.

VII. An Christus in triduo mortis fuerit verus homo? Resp. D.

VIII. An præsentia gratiosa totius SS. Trinitatis, ipsius adeò humanæ etiam naturæ Jesu Christi, sit tantum accidentium, s. donorum, an etiam peculiaris approximatio ipsius substancialis? Aff. post.

IX. An à termino vel phrasí: *DEUM esse vel dici posse Causam peccati per accidens*, abstinendum? Aff.

X. An propter solam bonorum operum cum fide, velut unico & immediato salutis æqvæ ac justificationis or-

gano compræsentiam, in sensu adeò non Papistico: sed saltem Majoristico, rectè usurpentur formulæ loqvendi: *Bona opera sunt necessaria ad salutem, impossibile est quenquam sine bonis operibus salvari?* Neg. vid. F. C. p. 589. 699. 704.

XI. An suppositâ hominis nondum renati velut in peccatis mortui, per solam gratiam prævenientem, excitantem, operantem, sine ullâ cooperatione, imò dūcipit, & ingovit arbitrii naturali, vivificatione, ubi jam excitata fuit voluntas, tūm, etsi unicè per vires supernaturales gratiæ, liberè cooperari rectè dicatur ad progressum & consumationem totius conversionis primæ, uti adeò in ipsius arbitrio excitato sit, per illas vires gratiæ, si velit, se convertere, vel non convertere? Et an illa sententia rectè habeatur pro Synergistarum dogmate? Resp. ad utrumque N.

XII. An Ecclesia Romana sit vera Christi Ecclesia? Dist.

XIII. An Pontifici Romano primatum Ecclesiasticum externi regiminis, in solo occidente, de jure positivo mere humano, asserere, sit pro, an contra Papatum? Aff. post. vid. Luth. in Articulis Smalcald. *Impossibile est*, ait Lutherus, *ut sedes Romana concedere possit: Papam esse supremum & caput Ecclesiae jure humano: sic enim universum suum statum immutari, reverti & destrui patetetur, id quod, ut paucis dicam, nunquam faciet.*

XIV. An Papismus, & Calvinismus, ipso fundamento discernantur ab orthodoxâ & Catholicâ religione, & faciant hæresin? Aff.

XV. An Elenchus nominalis Calvinianorum, aliorumq; heterodoxorum in provinciâ concessione Magistratus Politici viventium, prudenter tamen & graviter pro ratione temporis & loci, publicè sit concessus? A.

XVI. An

XVI. An D. *νησίως* orthodoxi Eccles. nostrarum sese cum Reformatis, velut invariatae Aug. Confess. sociis illæsâ conscientiâ conjungere, & uno Spiritu ac ore adversus Romano-Catholicos (quos vocant) articulos fidei propugnare solidè & salubritè possint? N. unâ cum hypothesi.

XVII. An Form. Concord. rectè habeatur, Ecclesiârum nostrarum publicum, & discretum à tûm Papistarum, aliorumq; hæreticorum Symbolis, tûm ingressorum quorundam falsorum fratrum sententiis, Symbolum? R. A.

XVIII. An cap. 9. 10. 11. Ep. ad Rom. ex instituto agant de prædestinatione? Resp. conf. F. C. p. 806, 820.

## F I N I S.

*1. Tim. 1, 5.*

FINIS Mandati, est Charitas ex mundo corde, & conscientiâ bonâ & fide minimè simulatâ. A quibus nonnulli aberrantes, diverterunt ad vaniloquentiam, volentes esse Legis Doctores, cum non intelligent quæ loqvuntur, nec ea de quibus asseverant.

*Ad*

*Ad exsplendum vacuum additur  
I. Synodologia contracta.*

Seculo I. *Concil. Apostolicum.* (Sec. III. *Concil. Antioch.* cont. Samosat. de Homooosl.) Sec. IV. *Conc. Nicen.* cont. Ar. & *Constantinop.* I. *contra Macedon.* Sec. V. *Concil. Ephes.* cont. *Nestor.* & *Chalced.* *contra Euiych.* (Hactenus Concilia secundum excellentiam oecumenica) Sec. VI. *Concil. Constantinop.* II. *contra Origenist.* &c. Sec. VII. *Constantinop.* III. cont. *Monoibel.* (cujus canones demum aliquot post annos in *Trullo* editi, qv. sc. *Synodus quini sexta*, *qvintæ* & *sextæ* Canones addidit) Sec. IX. *Concil. Franeof.* cont. *Felicem* de C. F. D. naturali, Sec. IX. *Constantinop.* IV. pro *Ignatio contra Photium.* Sec. X. *Bellar.* Vide *Seculum infelix*, in qvo nulli Scriptores illi stres, nulla Concilia, Pontifices parum soliciti de rep. Unde qvæ seqvuntur e. c. Sec. XII. *Lateran.* I. 2. 3. Sec. XIII. *Later.* 4. *Lugd.* I. & 2. Sec. XIV. *Vienense.* Sec. XV. *Florentinum.* Sec. XVI. *Later.* 5. & *Trident.* improbanda, qvippe ab iis Pontificibus vel Pontificulis celebrata, qui à pietate veterum, diu jam degeneraverant. In qvos adeò agere voluit à Sec. XV. *Concil. Constantiens.* *Basileense* & utrumqve *Pisanum.* Sed Successu parum constanti.

*2. Patrologia post Sec. I. Apostolicum.*

Post Clem. Rom. *Ignat.* *Polycarp.* claruerunt Sec. II. *Justinus,* *Irenæus,* Sec. III. *Tertullianus,* Cl. *Alexandr.* S. *Gregor.* *Thaumaturgus,* *African.* *Orig.* *Cyprian.* *Arnob.* *Laetant.* *Euseb.* *Method.* Sec. IV. *Athanaf.* *Hilar.* *Cyrill.* *Hier.* *Basilius,* *Gregor.* *Nazianz.* *Ambrol.* *Gregor.* *Nys.* *Hieronym.* *Ruffin.* Sec. V. *Chrysostomus,* *Augustin.* *Cyrill.* *Alex.* *Theodor.* *Cyr.* Ep. *Vinc.* *Lirin.* *Sozom.* *Isidor.* *Pelut.* *Arnob.* Jun. *Vigil.* *Fulgent.* Sec. VIII. *Beda l.* *Damascen.* Sec. IX. *Haymo.*

*Photius.* Sec. XI. *Theophyl.* *Anselmi,* *Oecumen.*  
Sec. XII. *Bernhard,* &c.











Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730153827/phys\\_0096](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730153827/phys_0096)

DFG

stantiali adfuerit, & unā cum hoc totum formā licet servili latentē & cum mul-  
mnibus iis, qvæ finem incarnationis &  
issent impedire, omnipotentē gubernatō  
a Nestorianæ oppositio exinanitionis statu non fuerit omnipræ-  
gnum potentia, nec regnum gloriæ se-  
sed saltem secundum divinam naturam  
straverit? Aff. post.

IV. An rectē dicatur: Christum se-  
ram exinanium, passum, mortuum, vel ipsam a-  
guam, & an qvi dicit: Christum nullo m-  
naturam: sed tantū secundum humanam  
passum, moreum, &c. neget idem inor? an  
neris sit naturæ ad personam? Resp. ad

V. An etiam nunc, non existente  
impedimento, Christus secun-  
dam non sit omnipræsens, apud omnes  
& in terrâ? N.

VI. An Christus secundūm (red)  
humanam sit Filius DEI naturalis, an


VII. An Christus in triduo morti  
Resp. D.

VIII. An præsentia gratiosa to-  
ipsius adeò humanæ etiam naturæ Jesu  
accidentium, s. donorum, an etiam I-  
tio ipsius substantiæ? Aff. post.

IX. An à termino vel phrasí: D  
Causam peccai per accidens, abstinentum.

X. An propter solam bonorum  
velut unico & immediato salutis æquæ-

L



the scale towards document

sum sub  
ne in o-  
is potu-  
rò salvâ  
in toto  
nec re-  
amque:  
admini-

que natu-  
ram, mor-  
divinam  
inanitum,  
om. i. ge-  
. ad 3. A.  
luntariæ  
n huma-  
s in cœlo  
naturam  
Aff. 1.  
s homo?

rinitatis,  
t tantum  
proxima-

dici posse

rum fide,  
tionis or-  
gano

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]